



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Tractatvs II. De peccatis, & requisitis ad illa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

# TRACTATVS SECUNDVS DE PECCATIS, ET REQVISITIS AD ILLA.

## PRO E M I V M.

**V**N C tractatum triplici disputatione absoluemus.

In prima agemus de voluntario, & libero, & impedimento illius, scilicet, vi, metu, & ignorantia. Peccatum enim esse non potest, quin voluntarium, & liberum sit, ut optimè tractat D. Augustinus *disput. 2. contra Manichaeos, & lib. de vera religione cap. 14.*

In secunda disp. agemus de peccati natura, & essentia.

In tertia, de grauitate, & multiplicitate ipsius, & eius inter se distinctione; de quibus D. Thomas 1.2. quæst. 71. usque ad 88.



## DISPV TATIO I.

*Delibertate humanarum actionum, & im-  
pedimentis illius, scilicet, vi, metu, &  
ignorantia.*

## P V N C T V M I.

Quid sit voluntarium, quid liberum, & quotuplex.

1. Definitur voluntarium, & liberum.  
2. Quotuplex voluntarium.

**V**OLUNTARIUM (ut dicit Philosophus, Ethic. cap. 1. & ex illo ferè omnes Theologici) est à principio intrinseco cognoscere singula, in quibus est actio. Cognoscere enim biuta animantia, convenientiam, & disconvenientiam cibi, aliud unque retinet, & ratione illius cognitionis fugium socius, prosequuntur convenientia: fuga enim, & prosecutio illius voluntaria illis est, quia sit ab ipsis medi cognoscere convenientia, vel di convenientia, lecas vero nutritio, & respiratio, quia cito fieri ab ipsis, non sit media cognitione: neque enim ad nutriendum aliquia cognitio requiritur. At ad amorem, odium, fugam, & prosecutio, tristitiam, & gaudium alieuius obiecti necessario cognitio est requiritur. Et licet ipsa cognitio non sit in voluntate, vel appetitu, quo potentia haec ab anima distinguatur, non obest, quomodo actus elicitus ab appetitu, & voluntate, sit voluntarius: quia est à principio cognoscente. Primum enim illarum operationum, non solum sunt potentiae illae distinctae, sed etiam ipsa anima, & cum anima immediata ad omnes potentiarum actiones concurrat, efficitur procedere illam actionem voluntaris, & appetitus, à principio intrinseco cognoscente.

Liberum autem superaddit voluntario expeditionem potentiam ad agendum, & non agendum: quare, ut voluntas libera sit, requirit necessario aliter fieri in obiectum cognitum, ut possit non fieri. Ex quo sit omne liberum voluntarium esse; quia est à principio intrinseco cognoscente: & insuper potente ab actione cessare, non tamen omne voluntarium liberum esse, quia non omnes voluntarii, & appetitus actiones nobis subduntur, sic Azot. lib. 1. insit. moralium cap. 3. n. 4.

In communi ratiō modo loquendi, cum de actionibus humanais loquimur est, pro eodem visarpantur, ut constat ex D. Ber-

nard. in libello de lib. arbitri. & D. Thom. quæst. 77. art. 6. & August. 3. de lib. arbitri. cap. 18.

2. Voluntarium, & liberum sit duplicitate, aliud directe voluntarium, aliud indirecte, aliud in se, aliud in causa. Directe voluntarium dicitur, obiectum immediate à voluntate amatum, vel odii habitum. Indirecte, quod medio hoc obiecto appetit voluntas, v.g. vis incendiari? & haec ebrietate cognitis pollutionem, vel homicidium sequentem: ebrietatis tibi directe, & in se voluntaria, pollutio, vel homicidium, solum indirecte, & in causa. Debes tamen cognoscere effectum secundum esse ex primo obiecto volito, alias, ex sequeretur, tibi voluntarium non est: qua ratione cum pescis capiuntur hamo, capio illis voluntaria non est, quia non est cognita, etiam si necessariò sequatur ex appositione cibi.

Est tamen maximè adverendum, ut aliquid dicatur voluntarium indirecte, necessariò requiri, ut directe voluntarium causa sit physica, vel moralis illius indirecte, ut in exemplo alato contingit: ibi enim ebrietas, causa sit physica, & moralis pollutionis, & homicidij. At quando aliquis effectus sequitur ex commissione aliqua directe volita, talis effectus non est voluntarius omittenti, nisi aliqua lege teneatur non omittere, v.g. Scis submergendas nauim, ni auxiliari, omittis auxilium, submergitur nauis, nauis submersio tibi voluntaria non est, nisi aliqua lege tenearis non omittere auxilium: quia ut est tibi voluntaria submersio, debebas, vel esse causa physica, vel moralis illius: physica esse non potes, cum nihil physicum producas, quo nauis submergitur: neque etiam esse potes causa moralis, cum nullum sit præceptum, neque lex, ut suppono, quo tibi submersione prohibeat. Ergo non potes esse causa.

Deinde si tibi dicenda esset submersio nauis voluntaria, eo quod posset impediti, & nos impediti, etiam Deo nostra peccata, ut peccata sunt, dicentur voluntaria, siquidem pores impediti, illa non impedit. Requiritur ergo, ut eventus ortus ex omissione aliqua, dicatur voluntarius omittenti, & quod praedictatur sequendum ex omissione, & omittendo possit, & teneatur impediti: & ita tradit S. Thomas 1.2. q. 6. art. 3. in corp. Vasq. ibid. disp. 24. cap. 3. à n. 5. Valent. disp. 5. n. 1. Salas tract. 1. disp. 1. sect. 4. Caieranus, Lorca, Medin. Zunel. in eod. art. Ioan. Sanchez disp. 21. sect. 5.

Insuper est aliud voluntarium, quod vocatur expressum, & aliud interpretationum, seu iuri fictione, & interpretatione, quia scilicet ius ipsum interpretatur te expelere contentire, eti non contentias, quod contingit, cum in præsencia alieuius efficietur actus ad ipsum pertinens, ipseque facit, contentire contentur: ex reg. iur. in 6. Qui facit, &c. & ex L. qui facit, ff. de regul. iur. de quo multa Glossa ibi, Baldus Abbas, & Felic. in cap. nonne bene, de presumpt. Bart. in L. que doris, ff. solvit, matri. & multis exquirat. Azot. toto cap. 4. lib. 1. insit. moral.

DE  
CASTRO  
PALAO  
TOM.  
III.  
EIV

## P V N C T V M I I .

Qua ratione voluntas, cum non sit, permanere dicitur.

- <sup>1</sup> Quid est permanere voluntas in virtute.  
<sup>2</sup> An permaneat voluntas ex eo, quod retractata non sit.

<sup>1</sup> Dupliciter permanere voluntas potest, cum non sit, a ipsa voluntate priori producto, ex quo tanquam ex effectu ad aliud agendum excitatur. Exemplis explicabo. Vis celebrare, sacratum peti. Ornamenta indui, sacram incipi: aduenient tempore confectationis omnino es distractus, conseruatis. Quia prius illa voluntas confecrandi virtute, & potestate perficeretur, quia perficeretur in aliquo effectu a te producito. Idem est cum officium diuinum vis periolace, & ex hac intentione librum accipis, etiam postea cum recitas, animo duageris, officio satisfacis. Hac ratione voluntarius quis Romam peregit, etiam dum comedit, & dormit, & iter facit Roma non recordetur, quia a principio voluntariu[m] item cuodam habui, & ex illa voluntate iter incipit, ex qua inceptione reliqua fuerunt subiecta: & in hoc ferè omnes conueniunt. Gabr. 2. 8. 41. quæst. 1. art. 3. dub. 2. Altiliodor. in sum. lib. 2. træt. 29. cap. 3. quæst. 3. Bonavent. 2. sentent. d. 4. art. 1. quæst. 3. ad ultimum argumentum.

<sup>2</sup> Secundum non potest permanere voluntas, ex eo præcisè, quod non fuit retractata, sive voluntas absoluta sit. Ut si abso-lute velis omnia opera in Deum referre, talis voluntas censetur permanere, quoque per contractum actum eam retractare. Verum si absoluta non sit voluntas, sed pro aliquo determinato tempore, aut determinatis personis, censetur voluntas permanere, quoque tempus finitur, & executioni res mandetur, ut si ex affectu charitatis in Deum promiseris omnibus pauperibus tibi occurrentibus in aliqua peregrinatione elemosynam elargiri, & obliros talis voluntatis pauperi indigeno ex affectu sublevari eius miserieris tribus elemosynam: talis actus non solum in specie pietatis, sed etiam charitatis conferi debet constitutus, ita Altiliodor. in sum. lib. 2. træt. 29. cap. 3. quæst. 3.

Hic secundus modus permanentie mibi non probatus absolutus: alias si idololatria omnia sua opera in idolum referret, censendus esset semper peccare, etiam cum opta alia bona, & honesta, vel indifferentia efficeret. Quapropter distinctione opus est in hac materia: sive enim aliqua opera, que solum in recipiente requirunt interpretativum confessum, & tenebrentur horum voluntas permanentie dicitur, etiam actu non sit, neque in aliquo effectu producitur: qua ratione qui voluntatem habuit baptizati, confirmati, vngi, & repente prius est fensus, potest baptizari, absoluvi, & vngi, iuxta c. agrotianus, &c. parvuli, de consecrat. distinç. 4. & cap. maiores, §. vlt. de baptismo. At alia opera, quae non tam in receptione, quam in actione constituent, non sufficit habuisse voluntatem, & non retractasse, vt censeatur semper perficeretur, sed necessarij debet esse aliquis effectus mediatus, vel immediatus ex tali voluntate dimans, ratione cuius censetur voluntas durare, & opera subsequenti denominare, ita Azor. lib. 1. inst. cap. 3. quæst. 2. tertio dividitur, & cap. 6. circa finem, & cap. 7. post medium, & cap. 8. per totum.

## P V N C T V M III .

An effectus, vel omissione orta ex aliqua actione voluntaria imputetur ad culpam, quando actu voluntari non potest.

- 1 Proponitur status questionis.
- 2 Pena iuriū contrahit, qui causam voluntariam dedit homicidio. Vbi apponuntur limitationes.
- 3 Euentus contingens, quando emitari non potest, non addit malitiam causa prius opposita.
- 4 Retractata voluntas, non censetur voluntarius.
- 5 Euentum oritur ex causa voluntaria, qui impediri non potest, non esse peccatum, qui dicant.
- 6 Probabilis est esse peccatum.
- 7 Hoc effectus, vel omissiones confitendas esse.
- 8 Respondetur argum. n. 5. additum.

<sup>1</sup> Percussisti Petrum. Mortis, cum iam mortem impediare non potes, morsne Petri tibi culpa imputanda est? Nolueris scire, cum posses, obligationem cui officij: aduenient tempore obligations alio diuagari, immemor protinus obligationis, omissione illa est tibi imputanda? Item inebriaris sciens in ebrietate pollui, blasphemare, maledicere, occidere. Suntne omnes illæ actiones vere tibi culpabiles.

<sup>2</sup> In hac questione, vt certa ab incertis separaremus, conueniunt omnes Doctores talen effectum, quoad penas iuriis tibi imputari, & quoad obligationem reparandi damna inde provenientia. Vnde si homicidio, pollutioni, aut alteri criminis sit pena excommunicationis, suspensionis, aut irregularitatis annexa, & in effectu sequuta exactione voluntaria, suspensionem, excommunicationem, aut irregularitatem contrahat. Quia illa pena non tam propter effectum voluntatis, quam propter effectum ex prava voluntate ortum imponitur, sic Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 7. vers. quod si objicias. Valsq. disp. 9. cap. 4. in fine. Thom. Sanchez. lib. 1. in Decal. cap. 16. fine. Villalobos tom. 1. summ. tractat. 3. difficult. & n. 5. Salas 1. 2. tract. 7. disp. 6. fol. 8. & ali.

Ab hac regula generali excipiunt aliqui penam excommunicationis (& idem est de suspensione, & interdicto quatenus censura sunt) cau[m] quo doleas, & penitus cau[m] dare, quia tunc contumax non es, neque inobediens Ecclesiæ mandatis. Non igitur debes excommunicari, excommunicationem enim solum ob contumaciam, & inobedientiam imponitur.

Et confirmo. Existens in excommunicatione, si penitentes, statim debet absolvi: quia excommunicatione solum imponitur ad repenitendum contumaciam, qua cessante, tollenda est: si ergo antequam contrahatur, iam non es contumax, vt quid ergo medicinalis pena tibi est applicanda, cum medicina non indigetas? Et haec limitatio saltem pro foto interiori mibi facta probabilis appetit, quamvis tener. Ioan. Andr. & ali. quos refer, & sequitur glossa in c. cum quis, de sententia excommunicationis. Tabiena excommunicat. s. cau[m].

Secundum limitanda est doctrina ad aliqua peccata, que necessario actuali libertati requiriunt: quales sunt hæresis, contumelia, iuramenta, & similia. Hæc enim facta in ebrietate, neque hæresis, neque contumelia, neque iuramenta formaliter sunt, ac proinde sic proferentes ligari non possunt penitus illis annexis & ita docet Ioan. Sanchez. disp. 20. num. 5. Valsquez 1. 2. disp. 127. cap. 3. n. 11. Thom. Sanchez. lib. 1. in Decalog. cap. 16. fine. Suarez 2. tom. 2. de religione lib. 3. de iuram. cap. 8. num. 6. Verum est hæresis, aut iuramenti falsi, vel blasphemia propriæ ratione non habeant, & habent tamen cuiusdam moralis irritiositas, & irreverentia Deo factæ, ratione cuius voluntas illas causandi, est mala & peccamotiva: vt idemmet. Ioan. Sanchez. notat. num. 2. & Thom. Sanchez. in Decal. cap. 16. num. 44. cum Toledo in sum. post 7. lib. tract. de sepe peccat. mort. cap. 61. n. 5. Solum excipi possunt contumelia homini dictæ in ebrietate, quæ si nullum secretum peccatum, aut defectum dengent, potius vt faciat, quam vt contumelia reputantur, etiam ab his, aduersis quos dicuntur, vt bene Thom. Sanchez. in Decal. supra num. 44. adquerit.

<sup>3</sup> Secundum conuenient Doctores (paucis exceptis) eu-en-tum contingente o tempore, quo cunctari non potest, nullam addete grantiatem, vel malitiam cau[m] prius apposita. Nam cum nullam addat deinde libertatem, quæ fundamentum bonitatis, & malitiae est, nullum potest addere malitiam, ita D. Thom. 4. disp. 27. quæst. 2. art. 2. quæst. 4. ad 2. Zumel quæst. 7. 1. art. 5. & disp. 2. Salas alii relatis 1. 2. tract. 13. disp. 4. fol. 9. n. 114. Suarez 2. tom. de relig. lib. 3. de iuram. cap. 7. num. 7. Valsquez 1. 2. disp. 94. cap. 3. num. 9. Thom. Sanchez lib. 9. de mar. disp. 45. loquens de pollutione in somnis num. 28. & lib. 1. in Decal. cap. 16. n. 45. idemque fateri centent, qui dicunt hos eventus non esse peccata, etiam determinatiæ à causa, sed esse effectus peccati, quos statim referamus.

<sup>4</sup> Tertiò certum est debet retractata per penitentiam priori voluntate, effectum sequuntur naturaliter ex causa prius libet aposta, non esse imputandum culpas, sic Thom. Sanchez. pluribus relatis lib. 9. disp. 4. suprà num. 29. Azor lib. 1. infit. cap. 7. quæst. unica. q. in hac re. Salas suprà num. 11. 6. Villalobos tract. 3. disp. 6. num. 4. conclus. 5. Ratio est, quia tunc causa apposita voluntaria non est, cum iam sit reuocata. Ergo licet effectus oriatur ex causa apposita, non ortitur ex illa tanquam ex causa voluntaria, ac proinde voluntarius non est. Exemplum rem declaro. Dediti mandatum alicui, vt nomine tuo matrimoniū contraheret, penitent mandati, illudque reuocas, at intime non potes mandato reuocationem: sed potius ille virtute prioris mandati contractum celebrat, ille contractus esti a causa voluntaria ortum habuerit, tibi voluntarius non est. Ergo optimè potest causa in ratione voluntarii reuocari etiam effectus eodem modo naturaliter sequatur, ac si reuocata non esset.

<sup>5</sup> Difficilis ergo est, an eventus ortus ex causa voluntaria, quando reuocata non est, neque impedit potest, censendus sit peccatum, eo modo, quo ceperit actus exterior cum incerto idem peccatum constitutus?

Negat Valsquez 1. 2. disp. 9. 4. c. 3. alii relatis. & disp. 73. c. 49. num. 46. & 47. Courat. Clem. si furiosus 3. p. initio. num. 4. Syltus lib. 2. 6. n. 15. Azor lib. 1. 4. 7. q. unica post medium, & lib. 4. cap. 3. quæst. 4.

Fundamentum huius sententia est, quia non potest dici aliquid nisi

quis peccare acta, quis acta possit impetrare peccatum; alias ex eo in se peccatio. Quid ad hanc absurdum, & contra naturam peccari, sed pro illo tempore, qui dormit non habet potest facilius homicidium, vel pollutionem impediendi. Ergo non potest illo tempore peccare, etiam per denominationem extrinsecam à causa apposita. Et confirmo. Ideo actus exentus esti malitiam non habens distinctam ab actu inextio, est peccatum, quia absoluere eum sit, impetrare non potest; sed hic evanescit (*vi. supponamus*) impetrare non potest. Ergo non est peccatum etiam per denominationem extra lecnam à causa data, sed ad summum erit effectus peccati. Addit, quod si evanescit oritur habens ex causa, vel alio modo impetratur, per accidentem est causa data. Ergo tota ratio peccati in appositione causa sita fuit, neque inde in evanescere potest.

Quod si aduersus hanc sententiam obiectio inferri ex illa nullam esse obligacionem confitendi evanescit ortos ex causa voluntaria, etiam non retractata, quando impetrari non possit, ut si quidem nullus tenetur confiteri effectus peccari, sed peccatum Non tenuit Valq. *disp. 9. q. 5. art. 2. 26.* concedere inclinationem. Idem coedit loan. Sanchez loquens de iuramentis falsis, blasphemis, & heresibus tempore obicitur factus, *disp. 20. n. 5. fine.* Suarez similiter de iuramento indebetur factus, *tom. 2. de religione lib. 3. c. 8. n. 5.* & sententiam Valq. probabilem reputat Th. Sanchez. *lib. 1. in Decal. c. 6. n. 6. circa finem.*

6. Vnde contra sententia mibi probabilior apparuit. Affirmo namque evanescit ortus ex causa voluntaria apposita, etiam si tunc impetrari non possit, peccatum esse, & demeritum, non in se, sed in causa, hoc est, denominatione extremitate à causa, sic glorifica cap. *quaes. 3. v. 6. Sotus 4. disp. 2. q. 1. art. 7. §. primum omnium preceptorum* *et. 2. Med. 1. 2. q. 7. art. 5. d. b. vlt. concil. 2. 4. Vaient. d. p. 6. t. p. 4. dub. 3. Henric. 16. 8. sum. c. 1. n. 2. in comm. lxx. Th. Sanchez. *tom. 1. e. marit. lib. 9. disp. 45. n. 28. duas innumeris refutatis.* *v. 3. disp. 2. n. 9. v. 109. Villalob. truct. 3. diff. 6. n. 3.**

Ratio est, quia si peccare quis dicatur denominatione aliqua extremitate, non est necessitas actu libertatis, sufficit esse mortalius, & in virtute, sicut ad conferendum, & ad missifram dum quidib[us] aliud sacramentum, & satisfacendum praecepto rectandi, non requiri actualis intentio, sed suffici in virtute. Et confirmo exemplis. Seruus, qui contra mandatum domini dormire, vel deinceps peccare in tali somno, etiam si polliquam causam dedit, non fuerit in sua potestate excitatus. Item procurans pollutionem in vigilia, & causam apponens, ut sequatur, tunc dicetur peccare, cum se polliat, quia semel posuit causam, etio causa posita polluio impetrari non possit. Idemque est de mandante occidere animalia. Si homicidium à mandato exequatur, quando mandans dormire, vel alia via impetrare esset impetrari; & à fortiori cum emitat sagittam, vel propinat venenum, & dicuntur peccare cum percussit, & occidit, quia projecta sagitta, & propinatum veneno, non est in voluntate peccatorum, vel mortuum impetrare. Quod omnia concessa sunt difficultas, & scilicet contra communem sententiam. Ergo affirmando est vere esse peccata non in se, sed in causa, & per malitiam à causa deriuantur.

7. Ex qua doctrina inferro obligationem esse confitendi humi modi evanescit ortos ex causa voluntaria non retractata. Alias fecerunt quibus tenetur confiteri pollutionem, & occisionem alterius, sed solum deesse causam pollutionis, vel occisionis, quia causa pollutionis vel occiso impetrari non potest, quod est contra communem sententiam. & ita hæc esse facta supponit Sotus in *4. d. 11. q. 1. art. 7. v. vers. fine* sibi. Lopez. *part. 1. lib. 1. c. 3. 2. prescr. quia omnibus.* Et *2. part. 1. 76. 2. Euctar. 5. sequitur etiam 2. Lederma. 1. part. 4. p. 25. art. 7. sub. 1. 8. & ad argum. Th. Sanchez. *tom. 3. e. marit. lib. 9. disp. 45. n. 30.* Si tamen negocia fuerit voluntas, quando homicidium, vel polluio sequitur, existime non esse obligationem confitendi, ut docet Azor. *lib. 1. o. 7. fine.* & vi probable, & secundum reputant *upradicti Doctores*, quia tunc negare pollutionem, neque homicidium apponere causam tribuenda luct, tanquam voluntaria, cum voluntatem retractaretur.*

8. Ex his faci est respondere argumentis pro sententia Vasq. adductus, peccare enim potest aliquis non in se, sed denominative à causa, etiam si pro tunc impetrari non possit peccatum, sufficie cum potuisse impetrare, & non fecisse.

Ad confirmationem dico actum exteriorum peccatum esse non quia potest pro tunc impetrare, sed quia a causa in se voluntaria ortum habet.

Ad secundam confirmationem dico evanescit contingentem per accidens esse causam apposita, & malitia illius, sine illo enim non efficit malitia, sic enim efficit tota malitia peccati in actu interiori, etiam exteriori diuinus impetratur. At cum non impetratur malitia actus intentionis, informatur; sic similiter ex evanescendo ex causa voluntaria apposita tota malitia residet in causa, neque ex causa sequitur aliquid causa accrescit. At posito evanescendo à malitia causa, malus ipse denominatur.

## PUNCTVM IV.

An voluntas in se & potentis sibi subiectis pati possit aliquam vim.

1. *Quod nat. u. in inclinationem non potest pati vim.*
2. *Quod appet. tum elicium vim pati potest.*
3. *A nullo agente creata voluntas necessarii potest.*
4. *Vt. Et violentia non presumitur.*

1. **C**larus est resolutio voluntatem quoad natum inclinacionem, quia illam in suis actionibus vim pati possit. Quia vis est, quod ex a principio extrinseco passo non conferente vim, ut dicit *Attilo. 3. Ethic. 2.* sed cum voluntas consentiat, vel dissentiat, iam ipsa voluntas conferit vim, siquidem elicit illum actum. Ergo non est ei vis illata in tali actu. **Q**uid si dicamus aliquem actum amoris, vel odij a ioli. Deo effectum imprimit voluntari, adhuc neque voluntas quoad natum eius inclinationem patet ut violentiam, illum recipiendo, quia non efficit talis actus contra inclinationem ipsius voluntatis; cum voluntas non magis vnum, quam aliud actum appetat, ut scitum materia prima, qui indebet est ad qualibet formam, in nullius receptione patitur violentiam, ita *Vaquez 1.2. disp. 6. c. 2. n. m. 1. 2. Azor. 1.1. in 8. cap. 9. question. x. Salas super concil. 2. numer. 66.* Hec tamen non est proprietas violentia, ut bene dicit *Vaquez super cap. 2. numer. 24.* quia non est ita ab extrinseco, quin paucum conferat aliquam vim.

2. Verum si voluntas consideretur secundum suum appetitum elicium, potest & in aliis facultatibus, & potentis sibi subiectis, & in le propter violentiam pati; si enim renunciare voluntate aliis tunc manum moueat, talis motu violentia est voluntari: quia est ab extrinseco principio voluntate non conferente vim, sed potius renunciare & in hoc non potest esse dissentio. Hac igitur ratione potest voluntas pati violentiam in actionibus a se eliciti; si enim voluntas vellet non habere amorem alium obiectum, & a Deo ipsis amor infundere; amor ille violentus est voluntari quod a petrum ciscum, & si non efficit violentiam, quod appetitum naturale, ut probat *Salas super concil. 2. numer. 66.* Nec tamen non est proprietas violentia, ut bene dicit *Vaquez super cap. 2. numer. 24.* quia non est ita ab extrinseco.

3. **V**num autem est certum, & rebus moralibus necessarium, a nullo agente creata voluntatem cogi, aut necessitate posse & eti cogi, & necessarii possint aliae facultates sibi tubante. Quare cum peccatum in voluntate consistat, & sine ilius consensu esse non possit; effectus neminem cogi posse ad peccandum, idcirco recte dixit Augustinus telatus in *c. de peccatis. 32. q. 5.* *Corpus mulieris non ut maculat, sed voluntatis in ea ad Deum, eadem causa, & q. tantum enim in mente vult integritas consistit, ut illa iniuriantur, neque in corpore possit pudicitia violari, cuius membra pot. erunt superari; alia que muta in hac patente Ambr. & aliis pluribus adduci possunt quæ relato loco videnda sunt.*

4. Adiuverit tamen nunquam violentiam præsumi, nisi probetur, *c. cap. 3. marit. lib. 9. disp. 45. n. 30.* *Ex offic. de leg. & ex merito pro seculo.* Si enim deictum numquam præsumitur, à fortiori neque hoc delictum, quod natura contrarium est, erit præsumendum. & ita tradit *Menochius. consil. 2. n. 26.* *Alciat. respons. 5. 4. n. 7. & alii quoque citent, & sequitur Maircard. verbo violentia, concil. 1416. numer. 2.*

## PUNCTVM V.

**A**ntira, concupiscentia, aliave passio causes inuoluntariorum.

1. *Non causat inuoluntarium.*
2. *Alius liberum, angelus voluntarium.*
3. *Contractus facti sp. acquirandi premium validi sunt.*
4. *Exhorta blanditia, obnoxia non sunt r. sitiones.*

1. **S**anctus Thomas 1.2. quæst 6 art. 7. respondet iram. *com-* scipitentiam, & quilibet aliam passionem non causare inuoluntarium, sed magis voluntarium. Et quidem si voluntarium pro libero accipiat, nemini dubium esse potest, regulariter loquendo; iram, concupiscentiam, aliamque passionem non ita debatur menem, quin voluntas libera relinqueret, ut possit passioni resistere: eaque de causa recte dixit D. Th. concupiscentiam non causare inuoluntarium, sed magis voluntarium.

2. **D**ubitabat tamen Doctores, an posse quod inuoluntarium non cauerit concupiscentia, minuat tamen illud?

Breviter respondeo, si voluntarium pro libero accipiat, si ne dubio minuerit ex concupiscentia antecedentem voluntatem & conce

concupiscentia enim alioquin obiecti non sinit intellectum difficultates conidere, que possunt ab eius protectione removere, & consequenter non reddere voluntatem ita expeditam ad operandum. Ideoque dixit Philosopha, *Trahit sua vnumquamque voluptas*. Quia ratione leuiora iudicantur peccata, que ex aliqua passione fiunt, quam que solum ex malitia, & iuramena, vel vera facta passione aliqua prae dominate faciliter relaxantur, quia non continent ita libet facta. Infestus ergo iram, & concupiscentiam, & quamlibet aliam passionem voluntarii liberum minorem, & ita docet D. Thom. *supr. 1. Salas tract. 3. disp. 3. sect. 1. numer. 47. §. aico 3. Villalobos tract. 3. diff. 7. nro. 5.*

Vetur si voluntarium non sumatur pro libero, sed pro eo, quod oritur à principio intrinseco cum cognitione, concupiscentia, ita, & quamlibet alia passio voluntariae augebit potius, quam minuerit: quia experimento constat ea, que ex passione appetimus, efficaciter appetere. & ita docuit Nauart. *com. 2. de regulis. numer. 67. vers. Addo decimotertius. Item si intuiri hæres, si Marian duxeris, vale matrimonium, ut latet proba Sanchez lib. 1. de matrimon. disput. 33. numer. 7. quia non obligatis ad matrimonium pœna amittendi luci, ad quod habebas ius, sed potius ipsa, & concupiscentia pœnij ribi non debitis.*

4 Secundò infero, extorta blanditiis, & amatoris verbis obnoxia restituitione non esse, at propinde si meritoriae virtus stipendiis sibi debitum, blandis, & amatoris verbis extorquane, restituere non debent, quia non inferunt involuntarium, lecus vero si dolo, & fraudibus ut si dicentes se à nemine esse cognitos, vel non nisi à Principe hic tenent Sotus *ibid. 4. de infinita. g. 7. art. 1. in solut. ad 2. Mol. tom. 1. de infi. tract. 2. disp. 24. §. 5. fornicarie. Guiliert. qq. canon. lib. 1. cap. 37. num. 19. Bau. 2. 2. g. 62. 4. 5. dabb. 5. concil. 2. Salón. ibi controvergia 4. p. 3. concil. Th. Sanchez plures alios refutent. lib. 4. de matr. disp. 1. n. 2. Ex qua doctrina infer etiam ipse Sanchez, cum Gregor. Lop. Auiles, Montalio, Menoch. & aliis, non viciati testamentum, quod vir ductus blanditiis viroris in ipsis fauorem conficit, quia non efficiunt involuntarium.*

## P V N C T V M VI.

Quid sit metus, & an causet involuntarium, vel saltem illud diminuat.

1. *Expenditur definitio metus.*
2. *Quotuplex sit metus.*
3. *An electio maioris mali, ut minus vitetur, sit aliena à viro conplanata.*
4. *Qua ratione metus causet involuntarium.*
5. *Explicatur in quo consistat involuntarium.*

**M**etus est instantis periculi, vel future cati mensis trepidatio. ita Vlp. *int. 2. ff. de eo quod metus causa.* debet enim esse malum instans, seu mos futurum, potius enim (est graue sit) mentem non turbat, quia non apprehendimus efficaciter eventum, & tradit optime glossa in cap. *ad audiencem*, de his qui vi metus causa sunt, verbo causa. Si tamen daremus malum probabiliter eventurum, etiam post longum tempus, neque facile occurri posse, latius esset ex vi confitas timere illud posse. Et ratio est, quia tunc non tam malum, quam supericio probabilitis illius metum inducit. Iuxta *l. nouissime. ff. quod falso ruror. ibi. quid enim si metu compulsa, aut metens ne compellatur. & tradit Sanch. innumeris referens lib. 4. disp. 1. num. 17. Basil. de Leon. lib. 4. disp. 1. num. 17.* Neque obstat *l. metum presentem ff. de eo quod metus causa, ut negatur suspicione metus sufficere, sed inceligi debet de suspicione vana, & non bene fundata, ut Basil. & Sanchez supr. explicant.*

2. Duplex est metus, alias grauis, alias leuis, alias iustus, alias iniustus, alias probabilis, alias improbabilis, alias cadens in vitum constantem, alias in inconsistentem. Metus grauis, iniustus, probabilis, cadens in vitum constantem id est diversis modis appellatus. Dicitur grauis quia est de grauiloquio, & probabilis, quia iustus, & probabilitate leges sic operantem exstant. Cadens in vitum constantem, seu constantissimum, (quod idem est) ut dixit Iurisconsultus in *l. metum la 2. ff. de eo quod metus causa*, qui fortitudini, & constante non obstat, non enim sic operans amittere debet constantie, & fortitudinis laudem, cum timore majoris mali minus malum subeat, si enim quis patiatur iacturam bonorum, ne vitam amittat, &

vitam ne peccatum perpetret, fortis & constans debet reputari. Econtra merus leuis, & vanus dicitur, qui de leui mali, & non timendo habetur in iniustus, & improbabilis quem nec iusta approbat, sed potius improbat, ut iniustum, & motum ex illo ut inconscientem censent.

3. Hinc oritur difficultas, an si eligas maius malum, ut vetes minus, v.g. peccatum, ut vites infamiam, vel amissionem bonorum, vel mortem, censatis moueri metu viri constans? Communis sententia negat, saltem si admiras peccatum mortale, quia contra virtutem constanter facis, cum manus tua um minor preponas, & tactum anime preferas iacturam corporis, ita docent innumeris relata à Sanchez *lib. 4. de marini. disput. 2. num. 1. Valent. 2. part. disp. 12. quæst. 3. p. 2. Comitol. lib. 2. esp. mor. quæst. 2. §. quæst. 3. p. 2.* Verum mihi dicendum videatur grauem metum secundum leges, & iusta, & in ordine ad contritus non esse considerandum comparatione electionis, sed comparatione obiecti: arque adeo si obiectum graue sit, & de sufficiens mouere quamlibet vitum constanter, etiam si minus malum sit, quam quod de facto eligis, sine dubio erit metus cadens in vitum constanter, saltem legaliter, quia leges ciuiles, & Ecclesiasticae contractum ex metu, non attendunt, an constanter, vel inconstanter secundum mores patientem metum procedat; sed an grauiter ledatur eius voluntas: cum autem haec grauus iactio contingat, siue eligas peccatum, siue non, dicendum est esse metum sufficentem viri constans, & ita docet Th. Sanchez *lib. 4. disp. 2. n. 3. Basil. de Leon. lib. 4. c. 3. n. 2.*

4. An vero metus causet involuntarium?

Repondeo cum D. Thom. & communis Theologorum sententia *l. 2. q. 6. art. 6.* facta ex metu voluntaria est simpliciter, & absolutor, & secundum quid involuntaria. Quia ea, quæ sunt ex metu, absolutæ ex voluntate sicut, cum possent non fieri. Eligitur enim v.g. ad vitiadum mortem iactura bonorum, qui poterat non eligi: cingitur voluntarie, & liberè simplierit. At quia cum tristitia, & simplicitate eligitur, eo quod incommoda, & molestia reputatur, id est talis electio mixta est involuntaria. Quia de causa in l. cum preparatis. C. de hard. inst. dicitur *propter enim quamvis intentio domino noli adire. & in l. si mulier 2. §. 5. metu coactus est. ff. de eo quod metus causa. dicitur. quia quamvis, si liberum esset, voluisse tamen coactus voluerit.* Ergo voluntas coacta, volansas est, ut dicitur in cap. merito 15.

5. Sed adhuc non videtur satis explicatum, in quo sit sic ratio huius involuntarij: non enim considerat se in electio ne minoris mali, ex effectu vitandi maius: nam vitare maius malum, bonum quid est, & à voluntate apprendum. Ergo etiam est apprendendum medium necessarium ad consecutionem huius finis: cum autem electio minoris mali sit medium necessarium: effectus fuit hanc electionem apprendendam esse, ac proinde non posse esse vi modo involuntariam, sed summe voluntariam.

Dices, verum esse electionem minoris mali non posse esse voluntariam, ex affectu vitandi maius malum, seu quatenus est medium ad vitandum illud. At illa involuntariam secundum se, eo quod non eligetur, si malum illud vitari a via posset: non enim proterre merces in mare, si mortem sperantes vitandam absque illa iactuta: neque potionem fumeres, si ab infinitate auge liberares.

Sed contra. Nam vel habes hunc actum, non facere bonum iacturam, nisi ad vitandum mortem, vel non habes. Si non habes, iam electio minoris mali non erit vi modo involuntaria formaliter, cum non sit repugnans voluntarii, etiam secundum actum elicitem, sed ad summum erit: involuntaria, virtualiter, & interpretative: quatenus censetur voluntas sibi reticita, scilicet illo timore maioris mali non factura talem electionem: si vero habes illum actum conditionatum, praeterquam quod non videatur necessarius, ut voluntas inovo utaria aliquo modo sit, et repugnans honestati debet, & etca rationi, ut si quis ex timore eternæ penæ obliqueret diuina precepta, alias non observatur, peccat quidem mortaliter, & in illam penam incidet medio illo actu conditionato, quam obsequio precepti intendebat vitare. Quapropter exitimo ad rationem involuntariam secundum quid sufficeret, si quis prosequatur obiectum, in quo per simplicem diplicationem dilipitur. Negari enim non potest voluntaria per se iacturam à perutis iudicis incitam, ut in libidinem confiteri, electionem mortis habi imminente, grauem illi, & molestiam esse, ac propinde posse simpliciter, et in illa diplicere: sed quia huiusmodi diplicationem præcepto Domini, & timore mortis eternæ vicit: id est talis electio voluntaria, & meritaria fuit neque ex involuntario aliuncto ratio meriti fuit illi minora, sic explicant voluntarium Valq. 1. 2. disp. 27. c. 2. Salas 3. 3. disp. 3. feb. 2. n. 40.

\* \*

PVNCT

## PUNCTVM VII.

Quæ conditions requirantur ad metum iustum.

- 1 Apponuntur conditiones ad metum.
- 2 Quæ inducunt grauem metum ex communione sententia.
- 3 Examinaur an timor infamie, iuris, vel facti cadat in virum constantem.
- 4 Quid dicendum de metu excommunicationis.
- 5 An timor reverentialis cadat in virum constantem. Proponitur ex varia sententia.
- 6 Refutatio questionis.
- 7 Ad preces importanter indicant metum grauem.
- 8 Unde presumuntur executurus malum, qui minatur; proponitur communis sententia.
- 9 Refutatio dubij.
- 10 Gratias metus, an secundum se, an per ordinem ad personam defumtur.
- 11 Refutatio qualific.
- 12 Malum quod timeatur, sufficit, si in persona filiorum, ne potum. Et timeatur.
- 13 Arbitrio prudentis grauitas metus defumtur.

**T**hese conditions sunt necessariae requisite, Prima, ut malum, quod timeatur, graue sit. Secunda, ut incutient potest sit, & presumatur probabilitate exercitatus. Tertia, ut patientis metum refutare facile non possit;

2 Citez primam conditionem, scilicet omnes Doctores conuenient, timorem mortis, mutilationis, verberationis, grauius tenuis, caput, tibi, ceterationis diuturni, stupri, seu flagitii, properi, particulari, conscientiendi, amissione nobilitatis, vel instrumentorum, quibus nobilitas defendi possit, an illos status honorum omnium, vel maioris partis ilorum, est timorem cadentem in virum constantem. Hac enim omnia & quolibet ilorum grauissimum damnum sit, merito que timori potest a viro constare. Quae omnia constat ex iure timore, & de eo quod metus causit, isti quidem. Ego puto, eodem tempore, & iustitia, & ex capitulo dilectionis de his quæ vis & tradit innumeris referens, & late probato. Thom. Sanchez, lib. 4. de mar. disp. 5. Mafardus de probacionib. viri metus concl. 105. Basilius de Leon, lib. 2. cap. 4. num. 3. Monachus de arbitrio lib. 2. cap. 1. 15. circa finem sylvesti verbo metus, q. 31. & 4.

Auerterendum tamen est amissionem bonorum: quae tibi sunt propria, vel aliquo modo de bonis: alias amissionem tamen bonorum non posse habere rationem esse resistentis contractum. Non enim habet rationem propter, sed præmissi, si tibi relinquunt legatum ea conditione, ut matrimonium celebres vel religiosum proficeris alias per dendum: vel si nolim tuus esse amicus specialis vel tibi in negotiis favorem praestare nisi contractum celebres: quia in his omnibus non proponitur tibi per dendum aliquid ad quod habebas ius, ac proinde non habet amissionis rationem penas, sed potius ministrari illius, confectionis: & ita tradit. Basilius de Leon lib. 4. de matrim. c. 4. n. 10. et. Titio. & I. S. legat. sit vir. si. T. off. de cond. & dem. Habent tamen rationem penas: si cogitari ex tuis bonis iustitia facere, nisi contrahas. Unde si vi impeditaris, ne alicui beneficio vel cædere oponaris quoque contractum celebres, cum ius habebas te opponendi, contractus celebratus est metu cadente in contractum virum: hac enim ratione renunciatio quorundam iurum facta a quodam Archidiacono timore ne possit sine Archidiaconatus impedire, resistentur & renoventur, cap. c. v. n. 1. de infinit. in infirmit. b. quia ius habebat possit eodi Archidiaconatus. Similiter etiam cvidam athesæ mandatur restituiri pecuniam, quam ultra debum cum aliis perderat, ne a certaminibus impeditetur. fin. §. si scannerator. ff. de quo quod metus causit quia tali aethæ habebat certaminibus vacare, ac proinde contra ius impeditetur. & ita notavit Thom. Sanchez lib. 4. de marit. disp. 5. num. 2. Basilius s. p. 4. num. 4.

3 Item timor infamie grauius & quæ non facile vitari potest, si infamia facta sit iurius, cadit in virum constantem: si enim reprehensione in graui delicto ministris te accusatur vel alio modo publicatur, non est dubium, quia malum graue sit, quia melius est boni homini quam diuturne multæ & expensæ bona vira ipsa preferatur. Item ex tali manifestatione etiam non leuis i. dicitur diuturnum & fæcum vita timeri potest: cadit ergo in virum constantem & ita teneri glorii in l. n. mor. fin. ff. de quo quod metus causit, sylvest supra, Sanchez num. 14. & Bonac. de marit. quæ 3. b. n. 8. num. 6. Basilius de Leon lib. 4. cap. 4. Unde cum in l. n. mor. ff. de quo quod metus causit, dicitur nec timor infamie hoc editio conseruari Pedius dicit. intelligenti debet de timore infamie leuis, & cui facili occurrit potest ita cum Acuri. Gothofred. & alius explicat Basilius supra. & affirmat hoc modo intelligendos esse: hinc Theologos, speciales Comitum lib. 3. resp. mor. quest. 2. §. pertinet. Affirmat enim

metum infamie non esse grauem; infamæ namque facile occurrit potest.

4 De metu excommunicationis variant Doctores an dat in virum constantem; Aliquis placet non cadere; nam vel est iusta & tunc sibi imputet excommunicatus, quod ligatur; vel est iniusta, & tunc non ligat. Ergo non est malum, quod debet timeri; & ita teneri glorii in c. cum dilectis verbis violenti de his quæ vi. Socius senior c. facris num. 50. de sententia excommunicati. Batbasius c. ab excommunicatio de rescript. Sotus in 4. disp. 29. quæf. art. 2. fin. Villalobos sum. tradi. 3. dff. 8. num. 5. Aliis vero probatur esti metum grauem, qui semper est graui pena: sic Batholom. de Ledelin. de matrim. dub. 3. fundamento 3. Seraphin. de priuilegiis iuram. privileg. 2. 9. num. 4.

Dicendum tamen est metum excommunicationis instans non cadere in virum constantem, ob rationem dictam; secus vero excommunications iniurias qui facili occurrit non potest, quia ita non ligat. Deum ligat tamen quod Ecclesiastem: in foto enim extero, ut vel excommunicatus te geri debet, c. cap. nobis. de sententia excommunicatis, quod graue malum est: & ita docet Couarr. 4. decret. 2. p. 8. 4. cap. 3. num. 11. vers. 8. Maicard. verbo metum, concl. 105. num. 50. Etiam lib. 2. de res. q. 1. n. 159. Bonac. supra n. 6. Sanch. disp. 5. n. 16. Basilius lib. 4. de matrim. dub. 3. fundamento 3. Seraphin. de priuilegiis iuram. privileg. 2. 9. num. 4.

5 Timor reverentialis contractum resiliens non est viceversa, & pudor, qui sibi respectu parentis, & vxoris respectu mariti, & subditis respectu Praelati in eccles. contat ex e. unio. §. ordo de respons. in publ. in 6. Alias quidquid filius expostulatus a patre, vel uxori a matre faceret, occidatus pudore, diceretur metu facere, quod non est concedendum. Neque etiam suffici vi quis, non audet pia pudore & reverentia contradicere precipienti, tamet vel obediensque repugnante voluntate. De hoc ergo, metu dubitatur, aut sit viri constantis. Plures Doctores tenet inducere metu in grauem, Cæcum probabilitus existimo solum metum reverentialis non sufficere, inducere metum grauem, nisi aliquod malum timeatur: v.g. Vultus asperitas, rigida tractatio & exprobatio continua, aut horum imorum probabilitas. Quare metus reverentialis in eo debet consistere in timore ieniciet alicuius mali imminentis, eo quod non serues reverentiam ei cui debet: nam cum metus si mentis trepidatio, & qualibet metus trepidationem alicuius mali debet habere.

Ex his venit decidenda quæstio de metus reverentialis cadenti in virum constantem: Thom. Sanchez, disp. 6. num. 7. plures referens. Molin de primogen. lib. 1. cap. 3. n. 9. Duaren. in comment. ad iur. de eo quod metu causa. Donell. lib. 1. comment. c. 39. §. in primis volum. inferend. Faching. lib. 2. contra iuris iuris. Lefthus alii infra existimant talem metum, si absent minas, vel verbora, vel alterius graui mali timor non cadere in virum constantem. Ratio est, quia sola reverentia parentibus, marito, & consanguineis debita non videtur tanti momenti, ut merito à constante viro timore possit. Ideoque in cap. ex litteris de sponsa. impv. b. redditur ob metum parentum sponsalia irrita, adterritus puellam minus parentum impulsa concessisse tacite iuuenis d. sufficientibus minus sponsa valitura, sicut valere renunciatio facta a filio in fauorem patris quando vi & dolo praesita non fu. 2. de patris in 6. Alias si solus metus reverentialis cadet in virum constantem fere nullus constitutus, filius uxoris clerici subditi esset firmus cum cum probare facile posset parentum maritum Episcopum & dominum, contractum habuisse, & contractum est, si confessisse contradicatur ut non assi fuerint pia pudore, & reverentia contradicere. Affirmandum ergo est timorem reverentialis non esse sufficientem, nisi alterius mali graui adjungatur, quod non est sola præceptio, ramet maledictio, & milicea, non enim ex maledictione malum necessarium ostendit esse, tamen si timeret infensum superiorum habere continet, & obsecratur passio illam, inobedientiam quia hoc iura graue malum est, ut vix repudiat potest fuisse.

Alli affirmant metum reverentialis semper cadere in virum constantem: tenet hanc sententiam. M. noch. de arb. lib. 2. cap. 139. cent. 2. Nauar. in editione Lugdunensi. lib. 1. it. de his quæ vi, conf. 10. n. 4. alii plures telati a Sanchez de marit. lib. 4. disp. 6. n. 4. præcipuum fundamentum sumunt ex variis testibus, in quibus metus reverentis alii dicunt collere conscientiam, & liberatem ad contractum requiritur. Primo ex reg. velle 4. de reg. iur. ibi non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel dominii. Ergo imperium patris, vel domini tollit voluntatem saltem omnino libertam. Secundo ex i. §. quo oneranda. ff. quarum rerum adiutor non detur conceditur actio libero filiiquid appareat metu solo vel nimis patrei reverentia se subiecisse, ut vel postulata stipulatione se subiecere. Ergo non solum in iuris, sed nimis reverentia defendit contractum. Quod si dicas nimis reverentiam intelligi metum reverentialis minus adiutorum alias non diceret nimis reverentiam, sed reverentiam, facile eludi potest, quia senseri debet tunc nimis reverentia cum metu mortis aut alia grauissimi, ac proinde non ut quid distinctam à metu proponentur patrui reverentia, Tertio si patrui præsente liberto futurum

DE CASTRO  
PALACIO  
TOM.  
LIB.  
ENV.

futrum committas, non obinde censetur libertas constituit, sed actione fatti agere potest: quia, ut dicit *l. penult. ff. de furis magna verecundia ei*, quem in praesencia pudor ad resistentem impedit, futrum facere solet: id est, non obstat, cum futrum fiat. Tandem si ad metum reuentialalem minaz esse requiratur nulla esset differentia inter metum eius, cui debetur reuentialia, & alium extinacum cum misa semper metum grauem inducant.

Tertia sententia docet metum reuentialalem solum censeri grauem, quando patiens metum celebrat contractum cum inveniente, secus si cum alio tertio metus ignaro.

Quarta docet solum reuentialam debitum pati inducere metum grauem, quia est persona cui maxima debetur reuentialia. Doctores huius, 3. & 4. sententie referunt *Sanch. disp. 6 num. 5. ¶ 6.*

9 Ego vero in hac questione distinguendum censeo. Vel motus reuentialis fumitur pro pudore, & verecundia, quam subditus pati timer, si negat peccatum a superiori, vel fumitur pro vultu aseptitate, rigida tractatione, exprobatione concinua qua subditus pati timer, si superiori contradicat. Si metus reuentialis primo modo fumatur, non videtur metus sufficiens ut cadat in constantem virum. Non enim pudor & verecundia ita subditum occupare debet, ut eius liberam dispositionem impedit, neque pati illum pudorem & verecundiam, qui statim translat, est malum tanta consideratio ut, subinde contraria & refrendenda sit. Verum si non solum timet hanc verecundiam pati, cum negat, sed continuo, quia continuo sibi obicitur timer, timetque ut offendatur austerum, & implacidum superiectum habitum, talis timer sine dubio cadit in vitum constantem. Et ab hoc modo dicendi nullo modo discepit *Thom. Sanch. nam cum disp. 6. num. 7. dicit metum reuentialalem non cadere in vitum constantem, intelligi de metu reuentialis pudoris, & verecundiae, quem patitur subditus superiori contradicat, ut notat ex his quae dicit *disp. 9. num. 12.* quando vero intelligit de negata obedientiam paucorum subditum, regidam superioris tractationem, implacidum vultum & similia, &c. tunc affinitas esse metum cadentem in vitum constantem sic dicit *disp. 6. num. 14.* Quare immixto Basilius de Leon lib. 4. cap. 5. n. 7. Thom Sanchez spendidissimum lumen Theologie mortalis & nostrae religionis decus, inconsequitur vel impenitus arguit cum potius ipse reprehensione dignus fuerit eo quod non attendit metum reuentialis sumi posse, & propriè pro timore pudoris & verecundiae, non pro sola indignatione superioris. Nostra sententia etiam adscibit *Lefebvris lib. 2. de virtut. cap. 17. dub. 6. num. 35.* affirmans si leuiter offendatur superior ex repugnancia sua voluntaris eo quod eius indignatio citè transit, non cadere in vitum constantem: secus vero, & indignatio diuina sit.*

Neque argumenta prima & secunda sententia nobis obstant: prima enim sententia argumenta de metu pudoris, & verecundiae citò transuersis intelligi debent. Secunda sententia argumenta de metu indignationis diuinae.

**R**ufius aliqui neuterici sequentes Cartethinum lib. de pec. orig. c. vlt. & lib. de concep. Virg. ad Synod. Conc. Trid. p. 1. c. 1. & lib. 4. contra Calet. & Galat. de arcana lib. 7. c. 10. & Salmeton ad Rom. 5. disp. 45. existimat Virginem non solum exceptam fuisse ab originali peccato gratia praeveniente, verum exceptam fuisse a debito contrahendi illud: eo quod non peccaverit in Adam. Dicunt enim in decreto illo, quo Deus statuit peccante Adamo omnes posteros concipiendos fore sine gratia, & iustitia, exempli B. Virginem aboluta, si decreverat incarnari ante proutum peccatum, vel sub conditione si proutum Ade peccato incarnari vellent: quae exceptio videatur & dignitatem Christi, & matris commendate in matris, quia non solum a peccato, sed etiam a debito contrahendi liberatur: Christi, sicutdem ex meritis ipsius haec gratia mari conferunt. Probabile reputat hanc sententiam Valent. disp. 6. q. 1. p. 2. ad 1. Henr. lib. 3. tom. cap. 21. q. 3. Salas 1.2. tr. 13. disp. 11. sect. 5. q. 11. a. n. 6. A. rot. 1. lib. 4. cap. 34. q. 1. circa finem, licet oppositam reperire probabilem, & ita mihi videtur.

**R**atio, quare non extimam B. Virginem a debito contrahendi peccatum originale, est, quia ante peccatum originale non fuit Christus Dominus pravus, saltem in statu passibili, & meritorio, quem de facto habuit: hic enim status a summptus fuit in tempore, & satisfactionem peccati commisit. Ergo non potuit esse causa meritoria praestrandi Virginem a debito contrahendi peccatum Ade: haec enim praefaciens, pratisimem ipsius peccati ancepsit. Secundò, si B. Virgo in Adamo non peccauit, cuius voluntatem non fuit refusa. Ergo Adam non fuit caput morale B. Virginis. Ergo etiam Adamo non peccante B. Virgo non habebat gratiam, & originali iustitiam ex promissione Dei facta Adamo, sed aliove illi concedenda erat: quod non videatur, neque in Scriptura, neque in Patibus fundamentum habere. Tertiò habete B. Virginem debitum contrahendi peccatum, & non contrahere potius extollit, quam minuit eius dignitatem; debitum enim contrahendi peccatum non est peccatum, sed est obligatio illud contrahendi: quod cum non contrahatur, gratiotem reddire annum, ut ipse qui clarus est videt redemptum. Quarto hoc modo recte explicantur aliqua loca Scripturæ, quæ affirmant omnes nos in Adam peccasse,

peccatis, ad Rom. 5. & 1. Corinth. 15. Sicut in Adam em-  
perierunt, ita & in Christo omnes emperieruntur. Ergo  
si B. Virgo per Christum fuit vivificata, & ita & in Adam  
fuit mortua, ac proinde debitum habuit cadendi per pec-  
catum.

## P V N C T V M I V.

Quod sit peccatum mortale, & veniale, actua-  
le, & habituale, & qua ratione  
inter se differant.

1. Definitus peccatum.
2. An omnis peccatum sit contra legem.
3. Propontur. & resoluuntur. ibid.
4. Obiectioes contra dictam resolutionem proponuntur, &  
dilinuntur.
5. Convenit supradicta peccati definitio tam mortali, quam ve-  
niali.
6. Et quid sit peccatum habituale. ibid.

**P**eccatum definit August. 22. contra Faust. c. 27. esse  
dictum, factum, vel concupitum contra legem diuinam.  
Hac definitione approbant omnes Scholastici cum Mag. 2.  
disp. 35. & D. Th. q. 7. art. 6 coincidunt cum ea, quam tradit Ambro-  
sio lib. 1. & parv. 8. Peccatum (inquit) est diuinæ legi præ-  
varicatio, & coetere inobedientia mandatorum. Dicitur dictum,  
factum, vel concupitum, ut explicitentur peccata cordis, oris, &  
oporis, esto malitia proprie in actibus voluntatis residat, in acti-  
bus vero aliarum potestiarum denominari tantum, sicuti & li-  
beras, item comprehendentur peccata tam commissionis, quam  
omissionis: omisilio enim actus debiti, etiam si pura sit, est que-  
dam moralis effectio, factum enim id omittit, quod facere non  
debet. Item comprehendentur peccata, quae sunt contra legem  
magistrorum, diuinam, & humana; omnia enim sunt contra le-  
gen diuinam indebet. Deus enim præcipit obediens legibus ho-  
morum, iuxta ilud ab Hebreos 13. Obedite præceptis vestris,  
& subiaceat eu. Ideoque Luca 10. dixit, Qui vos audiit, me au-  
dit, & qui vos pernit, me pernit.

Dificultas autem est, qua ratione peccatum sit contra le-  
gen Dei? Et ratio disputationis est, quia lex diuinæ sapientie mala  
prohibet, quia mala sunt: prohibet enim mendacium, adulterium,  
quia ex se mala sunt. Ergo antecedenter ad prohibitorum  
est in rebus prohibitis malitia, quae sufficiat confundere  
peccatum. Et confirmo. Primum secundamus legem diuinam, &  
committimus mendacium, verum factum aliquid indecorum, & inho-  
nestum. Ergo peccatum: hac enim ratione dixit Paulus ad Rom. 2.  
Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea qua legis  
sunt, faciunt, secundum quoniam legis scriptum in cordibus suis, refi-  
monium reddit illa conscientia ipsorum. Confirmo secundum.  
Deus sibi legem impone non potest: nihilominus tamen non  
potest mentiri, nece odio habere: quia ex se mala sunt. Ergo  
secula eius legi malitiam habent.

Propter hanc etiama dicendum malitiam moralis, & pecca-  
tum in his quæ de mala sunt consistere immediatè, & formaliter  
in disponentia cum natura rationali: sed quia hac disponentia  
semper est prohibita à lege diuinæ; ideo omnis peccatum verè, &  
proprie dicitur esse contra legem diuinam: sic Valq. 1. 2. disp. 26.  
& 27. Salas trax. 23. disp. 2. fct. 4. n. 59. & 71. & disp. 3. fct. 3.  
n. 25. in præ. Azor. lib. 4. c. 1. q. 2. in fct. 6. & 9. 4. & 5. Bonacina  
disp. 1. de pecc. q. 2. p. 1. n. 2. & 4. Suar. lib. 2. de legib. c. 6. n. 5. & 11.  
Mouerat ad affirmandum efflentum peccati non esse immediate  
contra legem diuinam, sed contra naturam rationalem: nam  
flare opinim potest aliquem mentiri, quia aduerterat mendacium  
esse ab aliquo superiori prohibitus: sed solum cognoscit esse  
indecorum, & indecorum natura rationali. Ergo tale mendacium  
peccatum est, seu malum morale, esto non sit contra legem  
superioris.

Secondum alii probant. Lex diuina prohibens mendacium li-  
bera esse videtur in Deo: nam est actus quidam diuinæ volun-  
tatis, relisperit creaturas, & illas obligare intendens: qui actus  
negqueat esse necessarij in Deo, etiam impossita voluntate pro-  
ducendi creaturas. Vide enim talis necessitas oīri potest? De-  
mus ergo suspendere Deum huiusmodi legem: at tunc menda-  
cium non est aduersus legem illam, est tamen aduersus natu-  
ram rationalem. Ergo in disponentia cum natura rationali pecca-  
tum constituitur.

Sed haec ratio mihi non probatur, quia est omnis actus diuinæ  
voluntatis ad extra liber sit, tamen hic actus, quo omnia  
intintfecit mala prohibet, necessarius est non absolutus, sed ex  
suppositione, quo voluit mundum creare, & creaturas ratione  
vientes subditas habet: nam eo ipso obligatus fuit esse illa-  
rum legislatorum, & prohibere, quae prohibenda sunt, alias non  
habebat prouidentiam illarum consuetudinem suarum bonitatis, vt  
recte dixit Suarez lib. 2. de leg. cap. 6. numer. 14. circa fin. Quare  
prima ratio sufficienda est de contrarieitate cum natura ratio-  
nali. Quod intelligendum est tam de peccato commissionis,

quam omissionis: omittere enim actum debitum, qui verè de-  
bitus est, rationi naturali aduersatur, & in hac contrarieitate  
peccati malitia constituit. Dixi peccatum consistere in dispo-  
nentia cum natura rationali, non cum sensu. Nam licet  
plura peccata tam rationi naturali, quam sensu diconuenientia  
sint, vt est bestialitas, sodomitria, & pollutio, quæ ideo vo-  
cantur contra naturam, quia sunt non solum naturæ ratio-  
nali, sed etiam sensu diconuenientia. At plurima alia pre-  
cata solum rationi naturali, & non sensu diconuenientia  
sunt, vt bene notauit Bonacina disp. 2. de pecc. quest. 2. p. 1.  
num. 9.

3. Sed objeci potest primò illud ad Rom. 4. *Vbi non est lex,*  
*nec prævaricatio, & 1. Corinth. 15. Virtus peccati lex.* Ergo con-  
trarieitas legis, est que peccatum constituit. Secundo peccatum  
est inobedientia, & offendit superiori facta, vt dicit Ambros.  
sed inobedientia, & offendit necessario requirentem cogosco  
legem superioris, cuius voluntati inobedientia repugnat. Ergo in  
hac contrarieitate ad legem constituit peccatum. Non enim dici  
potest te offendere superiore, cuius voluntatem non cognoscis.  
Tertio si ex disponentia cum natura rationali peccatum de-  
sumitur: qui mendacium committeret aduerseret lege diuinæ  
esse prohibitum, gravius multò peccaret, quam qui solum  
aduerteret esse disponentem naturæ rationali, tenetürque in con-  
fessione hanc circumstantiam, vt notabiliter aggravantem,  
vel fortè mutantem speciem explicare, quod certè inaudiu-  
tum est.

Ex solutione harum obiecctionum nostra sententia dilucida-  
bitur.

Ad primam respondeo cum Anselm. ibi, & Vasquez disp.  
97. cap. 4. non esse prævaricationem, nec peccatum in multis,  
vbi non est lex Moys. quia nec sunt aliæ prohibita, neque dis-  
ponentia naturæ rationali: si tamen generaliter velis logui Paulum  
de quacunque lege, respondeo verum esse, non esse prævaricationem,  
vbi non est lex Dei, indicans, vel præcipiens aliquid es-  
se malum, quia eo ipso quod malum sit, indicatur à Deo malum  
esse, ac proinde nunquam est peccatum; quoniam sit contra  
legem Dei indicantem esse malum. Deinde affluit, cum pecca-  
tum est contra rationem, esse etiam contra legem Dei præci-  
piente saltem mediatis, quia omne quod est contra rationem  
est contra Dei præceptum: quod si aliquando hujus rationis  
præceptum non cognoscitur, non tollis, quemminus verè pecca-  
tum sit, & dignam penam, vt bene dixit Azor lib. 4.  
qua. 4.

Ad secundum respondeo peccatum esse inobedientiam, &  
offensam Deo factam, non formaliter, sed materialiter, & indi-  
rectè, seu consequenter. Ad rationem enim inobedientia for-  
malis requireretur transgressio legis ex voluntate non obe-  
dienti, & ad rationem offendit formalis cognitio ipsius superio-  
ris præcipiens; que cum possit non haberi, cum peccas, poteris  
non esse inobedientis formaliter, eti materialiter, & absolutè  
inobedientis: quia rationem naturalem violas.

Ad tertium concedo, graviorum esse culpam illius, qui ad-  
vertit ad legem, & violat præceptum, quam si nullum illius ad-  
verterentiam haberet: at, quia ratiō, vel nunquam accidit te igno-  
rare legem esse ilorum, quae sunt intintfecit mala, ideo non  
est necessarium distinguere in confessione, an præces ex igno-  
rantiæ legis, an ex illius cognitione: si tamen calus daretur, in  
quo iniuriantur ignorantes, vel non aduerteres legem diuinam  
esse prohibitum ea, quae sunt intintfecit mala, existima-  
re necessarium tibi esse explicandum in confessione, iuxta senten-  
tiam assertum circumstantias notabiliter aggravantes, vel  
diminutives esse ratiō, id explicandas.

4. Supradicta definitio peccati, esse scilicet prævaricationem  
legis seu esse voluntatem, locationem, operationem contra  
legem, non solum contum peccato mortali, sed etiam veniali.  
Veniale enim peccatum etiam est contra legem: tum quia ad-  
uersatur recta ratione: tum quia eodam præcepto sapientie pecca-  
toria, & mortaliter prohibetur, vt patet in futo grati, & le-  
ui; & ita tecet plures referens Salas 1. 2. q. 98. trax. 1. disp. 16.  
fct. 5. n. 27. Valquez disp. 143. cap. 4. & alii communiter. Quare  
cum Doctores dicunt peccata venialis non esse contra legem,  
sed præter legem, intelligenda sunt non absolute, sed cum addi-  
to, hoc est, non esse magno pere, & notabiliter contra legem,  
vel non esse contra legem necessariam gratia, & amicitia diuina.  
Non enim peccatis venialis gratia, & amicitia diuina dis-  
solvuntur, esto infirmatur, & remittatur.

Peccatum habituale est macula moralis relictæ in anima ex  
peccato actuali præterito, que macula dum non remittitur à  
Deo, vel non retractatur, reddit hominem dignum odio diuino  
& penitentia destinatum. Hæc macula aquæ est peccatum  
præteritum, alia nunquam delicti posset, neque est carentia di-  
uina condonacionis, quia hæc in Deo existit, & à Deo est in-  
tentio. Ergo non potest neque pati aliter peccatum constitueret,  
sed eti quid refutans ex peccato actuali præterito, quod dum  
non condonatur, semper per censuram persecutare. Sed de his latius  
in materia de gratia.

DE  
ASTRO  
PALACIO  
TOM.  
LIB. I.  
EPI.

## P V N C T V M V.

Qua ratione peccatum mortale à veniali differat.

- 1 Declaratur in quo conueniant, & in quo differant.
- 2 Expenditur an veniale peccatum prius gloria pro aliquo determinato tempore.
- 3 Proponitur quadam obiectio aduersaria supradicta, & solvitur.
- 4 Peccatum ex genere suo mortale aliquando potest esse veniale.

**N**on differunt formaliter ex obiecto, cum utrumque ex ratione naturali, & legi diuina aduerteretur, ac proinde esse possunt, etiam in genere moris cuiusdem speciei, ut bene probat Salas tract. 13. disp. 16. scilicet 21. Valquez de pur. 144. cap. 2. & 3. Valent. disput. 6. quest. 2. p. 2. & quest. 18. p. 2. differunt tamen ex modo tendendi in obiectum, quia veniale levius aduerteretur ratione naturali, & legi diuina, mortale graviter; in effectibus autem maxime differunt, quia mortale destruit amicitiam Uti, secum veniale; mortale metetur carceriam perpetuam diuinae visionis, & penam inferni, veniale autem minimè, sed solum aliquam penam temporalem.

**A**n vero veniale mereatur carentiam diuinae visionis pro aliquo tempore breui? Quod videtur de nomine, certum enim est existentem in peccato veniali exclusum esse à diuina visione, quosque illius poneant, vel pro illo satisfaciat, quia nihil conquinatum in illam ciuitatem intrabit.

Sed dicunt aliqui hoc non contingere, quia peccatum veniale metetur carentiam illius visionis, sed quia illi visio cum tali peccato incompatibilis sit, sicuti existens in peccato mortali habere non potest amorem Dei, non quia peccatum metetur huius amoris carentiam, sed quia cum amore habet incompatibilitatem. Ita similiiter videtur dicendum de peccato veniali, non mereri quidem carentiam diuinae visionis, sed cum illa esse incompatible. Quod autem non videatur mereri carentiam diuinae visionis, etiam pro determinato tempore, inde probatur, quia peccatum veniale non metetur etiam pro breui tempore priuationem glorie, & iustitiae, quae est semper gloria, seu ius ad gloriam. Ergo neque etiam potest metteri ipsam gloriae priuationem.

Alij vero dicunt, & mihi verius appetet, peccatum veniale metteri priuationem glorie, & visionis diuinae pro aliquo determinato tempore. Quia ideo Deus negat gloriam existenti in peccato veniali, quia se indignum illa constituit. Item talis negatio glorie à Deo facta, prius est delinqüentis veniarum, & est postea iusta. Ergo venialiter peccans penam hanc meretur, alias inquit Deus gloriam negaret. Adeo peccatum veniale metteri penam aliquam in purgatorio. Ergo meretur carere diuina visione tuto tempore, quo nec statim fuerit ad illam penam subundam, quia illa penas cum visione diuina esse non potest.

Ex quibus rationibus pater solutio rationis oppositor sententia: carentiam enim diuinae visionis non infert peccatum veniale ex incompatibilitate vixunque quam cum visione habet, sed ex incompatibilitate meritaria, id est quod huiusmodi carentiam infert Deus in peccato illius. Carentia autem diuini amoris, cum aliquis Deum odio haberet, non infertur à Deo, sed ab ipsorum peccatorum habetur: eaque de causa non potest esse propriæ scena, quia illud quod debet habere rationem præmij, vel penas, ab alio ab ipso meretur, debet principalius effici.

Ad replicam de merito priuationis gratia pro aliquo tempore, dicimus peccatum veniale non mereri priuationem gratiae, metteri tamen dispositionem illius, quod sufficit, ut gloria non data, sed danda meretur, pro aliquo determinato tempore carere: facilius enim te iudicium facis beneficio acquirendo, quam acquisitione: peccatum enim veniale non priuat gloriam habita, sed impedit habendum ob status excellentiam, & perfectionem: at non prius gratia habita, neque habens in hac vita ob status multis imperfectionibus abundat.

Sed obiectio. Carentia diuinae visionis ob aliquod breve tempus est maius malum, quam pena aeterna sensus, eo quod prius maior bono: sed peccatum veniale huiusmodi peccatum non meretur. Ergo neque illam.

Respondeo primò, carentiam diuinae visionis iam habet esse maius malum, concedo: carentiam diuinae visionis, seu retardationem illius, nego.

Secundò respondeo cum Salas tract. 13. disp. 16. scilicet 8. numer. 27. negandum abholendum affirmo: non enim carentia diuinae visionis ob brevissimum tempus est maius malum passionis longissima, seu æterna tormentorum inferni, alijs magis purgatorius anima per brevissimum retardationem visionis, quam

per gravissima tormenta, quae in hac vita, vel in alia pati posset, cum decedens in peccato mortali, & veniali, ob solum peccatum veniale posset puniri pena seclusus æternus, quantumcumque æternus, qui carentia diuinae visionis non punitur, cum hoc peccato mortali corresponeat. Quæ omnia, & alia, quæ adducit Salas *suprà num. 23.* conceduntur debent.

4 Rursum peccata alia sunt ex genere suo mortalia, alia venialia, alia vero per accidens mortalia, alia ex accidenti venialia. Ex genere suo peccatum mortale est homicidium, adulterium, furtum, fallum testimonium, & similia. Ex genere suo veniale dicitur oriolum verbum, inanis gloria, impatiens latitum, & similia: haec ramen, quæ ex genere suo mortalia fieri possunt venialia, cum ex imperfecta deliberatione, cum ex parciat materie, si enim in homicidium, adulterium, vel futurum semiplenae deliberatione confeptis, carebis mortali culpa. Item si confessio in futurum non in magna quantitate, sed leui, & in falsum testimonium non graue, sed leui, peccatum veniale solum committes. Et contra vero, quæ ex genere sunt veniales, fieri possunt mortalia ex accidenti, si occasio sit, & periculum vel ribi, vel alteri gravioris culpe committenda. Neque in his potest esse inter Doctores dissensio, sed indigent explanatione.

## P V N C T V M VI.

An peccatum ex genere suo mortale, fieri possit veniale ex defectu plenæ libertatis.

- 2 Alius supponetur.
- 2 Negant aliqui peccatum mortale ex se fieri posse veniale ex defectu pena deliberationis.
- 3 Sententia affirmans defenditur.
- 4 Satis contraria.
- 5 Quæ sicut indicia plena, vel semiplena deliberationis.

1 Tractauit de conscientia dispat. 1. p. 2. n. 6. proposito bauit ad peccatum mortale sufficere, si aduersa malitia in communem, eti non distinguis, an mortalis, vel venialis sit. Item hanc malitiam mortalem potes duplicitate cognoscere. Primo clare, & distincte: secundo confusè, & quasi densis tenebris obolutam. Quando clare, & distincte cognoscis, vallegeris perfecte voluntatem ab illa profectione prohibite, dices pleno liber: quando autem confusè, et contingit, quando non es integrè somno excitatus, vel es semiebrios, vel alio distractus, rur dicis imperfectè liber: ita Navarr. summ. tractat. 9. Thomas Sanchez lib. x. cap. 1. num. 10. Vasquez 1. n. d. 27. ap. 4. num. 11. Bonacina dispat. de peccato q. 2. p. 3. num. 2. & alii.

2 Dubium autem est, an hæc imperfecta libertas peccatum, quod alia mortale est, reddit veniale: sunt aliqui, inets quos est Ioan. Sanchez in suis dispat. select. dispat. 18. qui maximè inclinare non posse dari peccatum veniale ex semiplena deliberatione, sed necessariò esse mortale, vel nullum esse. Moventur primò, quia Deus non imponit sua precepta semiheretici, sed homini integro, & suatum facultatum domino. Ergo dum non integrè dominus suatum actionum, non videtur à Deo obligatus. Secundò committens futurum, vel adulterium ex semiplena deliberatione, vel potius plenè deliberare, vel non: si non potius, non videtur peccare; si potius, iam est in culpa. Tertiò, si semiplena aduentitia potest peccatum, quod alia erit mortale, exculpare à mortali, & facere veniale. Ergo poteris si circa veniale peccatum feratur exculpare ab illo: v. g. si iocorum verbum, vel leue futurum ex semiplena aduentitia amplectari, excusabis te à peccato, alias semiplena deliberatio fauorabilior erit peccato mortali, quam veniali, siquidem à mortali exculpat, & non à veniali. Quarto, non sat is explicatur, in quo consistat hæc semiplena aduentitia in peccato: non enim consilire potest in difficultate cessandi à peccato; nam cum maxima difficultate cessandi à peccato, ita potest plena libertas, ut pater in homine male inclinato: neque etiam consilire potest in remissa cognitione, seu aduentitia obiecti, nam in gradu quantumcumque remisso dari potest cogitatio sufficiens reddere voluntatem plenè liberam. Ergo non sit in quo hæc semiplena aduentitia consistere possit.

3 Nihilominus certa omnium sententia, omnipotens Doctorum autoritate confirmata, (à quibus Ioan. Sanchez non auctor fuit recessere, eti animus manifestauerit,) affirmat ex semiplena deliberatione reddi peccatum alias mortale, veniale. Ratio est clara, nam qui semiplena libertate in peccatum consentit, liberè consentit. Ergo peccat. Quod vero non peccat mortaliter, inde colligitur: quia peccatum mortale diuinas amicitias dissolui, & hominem aeternis cruciatus destinat. At non aquam ob actum semiplerè liberum ita grauiter hominem ponit. Ergo signum est non esse in illo malitiam mortalem. Item ad rationem peccati requiritur liber consentire.

Ergo

Bogo ad rationem peccati mortalis, quod propriissime peccatum est perfectus contentus requiritur.

3. Neque obstante contraria, Ad primum Deum imponere praecpta homini absolutè: si autem ipse semibrius, vel semidormiens ea transgreditur, reus est cuius non gravis, sed leuis. Neque parva merita repudia et exculpat a gravi culpa, & ab integra praecipi transgressione, et leuis committatur.

Ad secundum concedo non posuisse plenè deliberare, sed non obinde ab omni culpa excusari, sed a mortali, quia semplena deliberatio libertatem constituit.

Ad tertium semiplena aduentitia potest a mortali excusare, & reddere veniale, non tamen potest a veniali omnino excusare, quia ad excusandum a mortali sufficit quod plena libertate non aduentetur legi: at ad excusandum a veniali, necessarium erat omnino liberare carere: quod omnino repugnat, cum semiplenè liberum tamen intra terminos venialis peccati levissimum.

Ad quartum facit esse difficile explicatu, in quo haec semiplena deliberatio sit, non enim consilit in difficultate voluntatis recedendi ab obiecto prohibito, neque in cogitatione inuenientia, vel remissa de malitia obiecti, ut bene probat obiecto, sed consilit in cognitione difficulta, vel confusa huius malitia ut diximus in princ.

5. Sed inquiret, que indicia habebis, ut cognoscas plenè, vel semiplenè aduentitiae, libertatemque plena, vel semiplega operatum esse?

Respondeo nulla esse, quia semiplenam deliberationem à plena distinguunt, ita certo, ut nulla relinquatur dubitatio: cum enim haec in animo infint, solus Deus ea perfectè distinguere potest: id quod dixit Augustinus in Enchirid. c. 78, quae iungit gravis, & leuis peccata, non humani, sed diuino sunt penitenda iudicio: aliquibus tamen conieciuntur haec distinguunt, de quibus diximus tractat. de conscienti. disp. 3. Punct. 1.

Prima conjectura inferendi semiplenam deliberationem sumitur ex defectu artis, quia non attigit septimum, tunc si dubites plenam libertatem, præsumere poteris non habuisse. Idem est si dubites, an perfectè a somno fueris excitatus, vel ebrietatem depuleris, quia haec cum perfecta sunt, libertatem tollunt; ergo cum imperfetè existunt, illam diminuant. Sic Sanchez lib. 1. in Decal. c. 1. vols. Bonac. disp. 2. de pecc. q. 2. p. 3. in fine.

Seconda conjectura est si animum firmum habeas, & sepe repetitum nunquam committendi mortale, præsumere poteris peccato non plenè confessisse: illa enim quæ odio mortales sunt habita, quando amantur pierde, facile, & sine difficultate cognoscitur.

Tertia est, si facile potes peccatum exequi, illudque, cum tali complices, pro virtibus tuis, præsumere poteris ante non plenè confessisse: non enim ita facie afflatus mutatur. tradit Sanchez suprad. n. 17. Bonac. n. 19.

Quarta conjectura lumen ex communite contingentibus que efficacissime est, ut tradit Menoch. lib. 1. prel. 18. Et lib. 5. pref. 32. Quare si aliquis sit timoratus conscientiae, peccatumque mortale abhorreat, præsumendum est non plenè confessisse, cum de conscienti dubitas: tecum dicendum, si perdis moribus sit, hic enim cum peccatum, velut aquam bibit, cum illo anguit, præsumere potest vere commissile. sic docet Sanchez suprad. n. 20. Bonacina n. 19. Sayrus in clavis regia, lib. 8. c. 7. n. 6.

Supradicta conjectura, ut dixi, veritatem non ostendunt, nec dubium tollunt, ac proinde illis non obstantibus teneris in confessione manifestare, cum dubius existat, an plenè confessus, seu si opinionem habetis probabilem, qualem regulariter facit qualibet ex supradictis conjecturis.

## PUNCTVM VII.

An mortale ex genere in veniale transfusat ratione paruitatis materie, & quæ haec sit.

1. Quæ peccata non possunt leuius esse ex partite materia.
2. Proponitur difficultas, & solvitur.
3. Unde defensione si grauitas, vel leuitas materie in peccatis Proponitur dubium.
4. Defensione ex obiecto, quatenus fini intento à legislatore conductus, & exemplis explicatur.
5. Limitatur a Sanchez in legibus prohibentibus aliquod causam vitandi damnum reipublice.
6. Excluditur hoc limitatio.
7. Non est verum affirmare grauem materiam esse, quæ est pars illius.

<sup>1</sup> Primo in hac re est certum apud omnes esse aliqua, in quibus non admittitur paruitas materie, & alia esse in

quibus admittitur. Quæ autem haec sint, non est facilè determinare. Sunt eti. 2. de legibus. cap. 28. numer. 23. Bonacina lib. 2. de peccatis. q. 3. p. 11. Thomas Sanchez lib. 1. in Decal. c. 4. num. 1. Affirmant nullam dati patuitatem materie in his, quæ directe, & immediate, circa Deum, & eius honorem versantur: & hac ratione in odio Dei, contemptu ipsius, & infidelitate, nulla est paruitas materie. Item in iuramento afferitorio falso, in simonia, & aliis, Ratione redditum, quia in his omnibus, quantumvis sit parua materia, inveniuntur integra irreverentia & offensionis ratio. Nam si neges aliquem minimum fiduci articulum, veritatem diuinam negabis: si odisti Deum infinitam Dei bonitatem odisti; si contempnis Deum, infinitum esse Dei contemnis; si falsum iuras mendacem Deum facis; si simoniari, commitis, pretio temporalis rem spiritualē afferias. Ergo graue peccatum committitis.

2. Sed haec doctrina difficultate non caret, inquiri enim potest, quare integra Dei offensa, & irreverentia in materia parua odij, infidelitatis, contemptus, & iuramenti afferitorum falsi inveniuntur: & non inveniuntur in iuramento promislorum, comminatoio, voto, sacrificio, & aliis religionis actibus? Item non caret difficultate, quare in odio Dei & contemptu dati non possit paruitas materie: siquidem non vis Deum absolute contemnit, & offendit, sed contemnit, & offendit leuite, quod sic explicatur. Quodlibet peccatum veniale est Dei offensa, & inobedientia, & qui illud committit, re ipsa offendit Deum, cuiusque praecipuum transgreditur. Ergo si hoc velit ex explesia voluntate, & animo Deum offendendi, citoque praecipuum in illa materia transgrediendi, non obinde Deum in gravi materia offendit, aut contemnit. Ergo solidum venialiter peccata. Deinde, etsi concederemus, (vt vere concedendum est,) in recipientibus Deum, eiisque honorum non possit dati patuitatem materie. Quæ ergo regulariter in recipientibus naruram humanam, cuiusque honorum? Nam in his aliqua sunt, in quibus non admittitur paruitas materie, vt in homicidio, fornicatione, pollutione, &c. In aliis admittitur, vt in consumelio, percussione, furto, cum in omnibus his ingenieratur integra ratio facilegij. Et explicatur in iuramento iniusto, quod diuinam honestatem videatur offendere, æquè ac si esset in materia gravi. Æquè enim diuina bonitas pugnat cum peccato veniali, ac cum mortali, sicut diuina veritas cum falsitate grani, ac leui. Item in furto paruo integra ratio iniustitia repertur, sicut & in furto magno: haec enim adiquate constituit in contradictione rei aliena iniusto domino. Alias futurum auctorum decem non dicitur habere integrum rationem iniustitiae, cum possit dari iniustitia gravior, & gravior.

Propter haec dicendum existimo ex communi sensu Ecclesiæ & fiduciam desumendam esse gravitatem aliquatum rerum & levitatem aliarum. Quæ autem haec sint, suis locis examinandum est: fundatur autem hic sensus Ecclesiæ in naturis ipsorum rerum: aliqua enim ira de se inordinata sunt, vt in qualibet materia reputentur gravissima: qualibet enim idolatria, simonia, iuramentum falso, infidelitas, desperatio, odium, & contemptus Dei, irritatio sacramentorum, homicidium, pollatio, fornicatio, & similia de se gravius inordinationem habent, & in qualcumque materia constituantur, non variant iudicium: alia vero ita leuis sunt, vt nisi ex aliquo accidenti extrinseco gravia esse non possint, vt verbum otiosum, leuitas, & alia huiusmodi. Alia vero, quæ est de se gravis non sicut semper æqualem deordinationem habent, ut furtilio, si fiat in magna, vel patua quantitate, variat enim multum iudicium.

3. Rursus est difficultas explicare, unde desumenda sit gravitas, vel leuitas materie, in his, in quibus dati non possint: nam vel sumenda est ex ipsis rebus, vel ex fine intento à legislatore, vel ex voluntate ipsius: neque est imaginabile aliud cypit, unde desumatur. Ex ipsis rebus desum non potest, cum leuitate venialis, vel indifference ob aliquem speciem finem à legislatore intentum. Sub gravi culpa prohibentur, ut dicimus. Neque sumitur ex fine intento à legislatore: hic enim gravissimum tempest est, & idem respectu materie leuis, & gravis. Deinde ex voluntate legislatoris desum non potest: alias rem gravem sub leui cypit, & econtra leuem sub gravi, impetrare posset. Item inquit possit, unde haec voluntas cognoscenda fore, quando expressè explicata non est.

4. Dicendum igitur est, gravitatem, vel leuitatem materie praecipue desumendam esse non ex ea secundum se spectata, sed secundum quod conductus ad finem intentum à legislatore: si enim materia praecipi gravior conductus fuit legislatoris, eti peccatum gravis illius transgressio, etsi materia leuis sit, ut leuiter conductus, erit peccatum veniale, esto gravis materia sit, ut tradit, & optimè probat Valquez 1. 2. tom. 2. disp. 158. cap. 6. num. 59. et 60. Thomas Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 4. num. 2. Et. Suarez de legib. lib. 3. cap. 25. num. 4. et 11. Exemplis confirmatione declaro: præcepit legislator, ne alienam contra voluntatem dominii accipias, vel retineas; fini huius praecipi est, ne dominus damnum patiarit in bonis suis: accipis contra eius voluntatem censum auctos: talis acceptio gravior conductus fini praecipi, siquidem tali acceptatione gravior conductus fuit praecipi, etiam si auctem acciperes, non esset acceptatio gravior conductus cens.

cens fini præcepti. Item multiloquium, de se levius est materia at si obseruaria religiosa minuatur grauiter, & ob id superius silentium præcipiat, violatio silentii peccatum graue erit, quia grauiter conductus fini intento: & tradit Sanchez, lib. 1. cap. 4. num. 3. & Bonacina disp. 1. de legib. quæst. 1. p. 7. §. 4. n. 1. Item ingressus vniuersi religiosi in cubiculum alterius gratia loquendi, materia leuis est de se; at si superior ingressum prohibeat, ut aliqua inconveniens erit, quæ ex tali ingressu oriuntur, sine dubio ingressus grauus materia erit, & peccatum mortale. Item si scholasticis tormentis igneum, vel alia armis secum deferri prohibeantur ob pacem reipublicæ, & aliquis una hora cum illis incedat, sine dubio erit grauiter finem à legislatore intentum, qui est vitatio occasione rituarum; fecus vero dicendum, si brevissimo tempore deferret, sublata omni occisione etiam remota ritua, ita Bonacina suprà n. 18. Deinde si prohibetur effici scholasticis ne cum armis in schola intreret, & aliquis illa defensio solum tranferre illac intereat, quando nullo modo appetet occidere ritua, non videtur grauiter lefuisse finem à legislatore intentum: fecus vero si ibi per horam commovaretur. Colligitur ex his, quæ dicit Bonacina suprà num. 19. Deinde infers quantitatem, quæ pro furore materia grauem constituit, non constiuit illam pro donatione prohibita: pro furore enim sex, vel octo drachmæ conflentur grauia materia in communia sententia. At si haec donec, non ceteris grauia donationem facit, sed omnino leuem: quocirca pro donatione grauia expendenda est persona donantis, & donatarij & alia circumstantia: & secundum illos iudicanda est grauia, vel leuis donatio, ut rectè dicitur in cap. etiæ questionibus de simonia, ubi posita qualitate donantis, & donatarij, non reputatur magna vniuersi equi donatio, etiæ pro tempore reputetur: regulariter ergo pro donatione materia grauia duos, vel tres aureos debet excedere. sic Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 28. circa finem, versus illud ad monitionem. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 2. §. secundum eis. Sape eadem materia respicit vniuersi finis est grauia, respectu alterius est leuis. Deinde auditor faci si diebus, si ob religionem, & spiritualitate cuiusque profectus imperatur, ut potest imperari à Prelato religiorum; non est dubium illa grauem materiam: at si imperatur à Prelato Ecclesiastico, vel sacerdoti, ob rectam alianus vincitur, vel collegi gubernationem: sicuti solec Rektor vniuersitatis scholasticis sibi (ubique) imperare aliquibus diebus sub pena praestiti iuramenti: materia grauia non videtur omisso vniuersi, vel alterius diei, sic Bonacina suprà de legibus, n. 16. Valquez 1.2. disp. 1.8. cap. 6. Th. Sanchez in Decal. lib. 1. cap. 4. num. 2. & Couar. c. quænam pat. 1. p. 5. 7. fine.

Ex his constat attendendum præcipue esse fini præcepti an grauia sit, & an res præcepta grauiter ad illum finem, quod ex circumstantiis colligendum est, conducta: nulla enim certior regula in hac materia præscribi potest, sic Valent. 1. 2. disp. 7. quæst. 5. punci. 6. col. 9. 57. Suarez tom. 5. in 3. part. disp. 4. scit. 6. num. 11. & 12. & disp. 18. scit. 3. n. 16. & 17. Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 4. n. 3. Bonacina disp. 2. quæst. 3. punci. 3. 7. 12. & opimè Suarez lib. 3. de legib. c. 2. n. 7. Vnum tamen est certum, in easu dubio, an grauiter conductat, grauifuerit finis præsumi debet, & effice finem grauia, & grauiter conducte: quia præsumptio star pro communione contingentibus, & raro, vel nunquam præceptum imponitur, nisi ob finem grauia, & de materia illi maximè necessaria: & ita tener Suarez 5. t. in 3. part. disp. 4. scit. 6. n. 11. & de legib. suprà n. 4. Th. Sanchez lib. 1. in Dec. c. 4. n. 3.

Supradictam conclusionem limitat Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. c. 4. n. 8. & Vñctoria de potestate ciuii. n. 19. vt non procedat in legibus prohibentibus aliquid cana/itandi damni in republica: qualis est lex armaria, neque pecuniae aut alia merces ex regno extrahantur, neve triticum coelum vendatur: existimat enim, si in grauia quantitate haec sicut ab uno, peccatum illum mortaliter, quamvis damnum graue ex tali factu non proueniat reipublicæ. Mouentur, quia non debet spectari, qualem damnum sequatur vno coniunctu, sed quale si à multis, & communione fiat. Secundò, in furore datur quantitas notabilis, etiam parum aliqui noceat, vt si centum aureos, & rege accipias. Ergo in his non est attendendum damnum, sed quantitas: alias futuri mille aureos è diuersis furando à quolibet vnum dipondi um, non est lethale. Tertiò, quia alias finis legis frustatur, non enim quilibet tantam quantitatem extrahit, ut ex ea solum ingenis reipublicæ damnum sequatur. Quartò, quia ideo iuste sui pendit pœna ex iritate accipiens à viatore 50. nummos aureos, quia est id damnum non sit notabile semel illarum at magni momenti est grauiter id delictum punire, ne paucum fiat.

6. Verum hæc limitatio mihi non probatur. Existimo namque asportationem mercium, diuiciatum, armorum, & similium ex ciuitate, tunc solum peccatum mortale esse, quando ex tali asportatione ciuitas damnum grauiter patetur. Mouor ad affectum, primò quia tota ratio huius prohibitionis est vita:rio damni reipublicæ (ut suppono). Ergo dum reipublica grauiter nos damnificatur, non sit grauiter aduersus hunc modi

asportationem. Confirmo. Tunc violatur lex grauiter, quando violatur grauiter finis intrinsecus ipsius legis: at finis intrinsecus huius legis, non est aliud quam vitatio damni in republica. Ergo dum hic non violatur grauiter, non violatur grauiter ipsa lex. Secundò sequeretur ex opposita sententia, a portare quantitatem de se sufficieniem ad furtum, esse peccatum mortale aduersus hanc legem: quod videtur ridiculum, quia illa quantitas de se gravis est, etiæ paucum, & communiter à multis aportaretur, non est dubium ciuitatem fore acceptatam graue damnum. Ergo peccatorum grauiter aduersus hanc legem.

Nec obstat rationes contrariae.

Ad primam dico spectasse legislatorem in ferenda legem, ne damnum sequatur reipublicæ ex tali asportatione, non tamendus sub grauia culpa prohibere asportationem mercium factum ab uno, que graue damnum reipublicæ non cauatur, tametsi si à multis fieret grauia, non reipublica ex illis patetur; alia asportatio vniuersitatis, immo drachmae est mortalis: si enim haec à multis, & paucum fieret, sine dubio graue damnum reipublicæ proueniret.

Ad secundam nego ex gravi furore non acceptum quælibet etiam diffissimum graue damnum, & quando à multis auferatur, tota illa communis per modum vnius damnificatur. Sed gratis admiso non damnificari dominum grauiter ex quantitate graui de se, v.g. decem aureorum, non obstat, quoniam furore non coimitas, quæ est ratio, & finis immediatus huius prohibitio: & non damnum ipsius domini.

Ad tertiam nego finem legis frustrari tua culpa adæquatæ, & perfectæ, siquidem in culpa non es, ut damnum graue reipublica patitur.

Ad quartam concedo rectè suspendi pœnandum atripientem à viatore 50. aureos, non tam ob damnum illatum, quæm ob iniuriam actionem. In præfecti autem supponimus adæquatum finem legis esse vitare damnum in republica, quod si grau non sit, non apparet, unde peccatum mortale nasci possit. & ita tenet Mercado lib. 3. de contrari. c. vlt. §. oþo supponet, vbi finem dicit esse mortale extrahere à regno trituum in magna quantitate anno sterili. Idem tenet Margarita Confessorum in quest. moral. q. an licet possit transferri frumentum, & equi contra legis interdictum, fol. 246. & Sanchez suprà n. 17. refert plures viros doctos sentire non esse mortale vendere panem coelum contra pragmatique regni interdictum, nisi sit in ea quantitate, ex qua ingens damnum reipublica sequatur, cariori multo redditio: ob id tritici pretio.

Sed inquires. Ex qua metu asportatione censeberis damnum graue reipublica facere?

Respondeo non posse certa regula descoiri, sed pensandum esse prudenter arbitrio, regulariter loquendo, centrum aureos, vel metras illius valoris, seu arma decem militum existimat esse grauem materiam, ex qua damnum reipublica pati posset, secus in minori quantitate, nisi forte reipublica oppressa ester ab inimicis, vel penuria patetur, tunc enim non est dubium minori quantitatibus sufficiere.

7. Ex his inferat decipi Doctores afferentes grauem materiam illam esse, quæ est tota præcepti leuem, qui comparatione totius materiei præcepti leuis est. Nam, ut constat ex exemplis aliorum, totalis materia præcepti leuis est potest, si leuiter ad finem à legislatore intentum conducte. Item leuis est potest materia comparatione totius rei præcepti: at secundum grauia, vt si habeas obligationem dandi elemosynam milium aureorum, & 50. omittas: omisso 50. comparatione millionum leuis est materia; at quia secundum se & in ordine ad finem intentum, qui est subiectio alienæ misericordie, vel exercitatio pietatis, grauiter conducte: ea de causa grauia materia censetur: & peccatum mortale illius omisso. Econtra est obligationem ex præcepto, vel voto habetas recitandi coronam virginis, & decennarium duplex omittas, comparatione totius rei præcepti grauia est materia, quia est tercia pars: at quia ad finem intentum, scilicet denotionem excitandum, virginem colendam, non videatur grauiter conductare, sed solum leuiter; peccatum solum veniale erit illius omisso. Idemque censio de tercia parte cuiuslibet horæ minoris, scilicet Bonacina disp. 2. de peccat. q. 3. punci. 3. n. 14. Sanchez n. 5. esto contrarium videatur sententia n. 18.

#### P V N C T V M VIII.

An ex voluntate legislatoris peccatum mortale possit fieri veniale.

1. Proposita quæstio.

2. In materia leui non potest legislator grauem obligationem imponere.

3. Limitant aliqui in seculari Principe, secus in Ecclesiastico. Reicitur tamen.

4. Ex intentione in legislatori circa materiam grauem potest esse venialis obligatio.

5. Contra

Contraria sententia proponitur, & probatur.  
Sicuti eius rationibus.

**C**VM quodlibet peccatum mortale transgressio legis sit, & est, ut possit legislator efficeret, ut materia de le graui, & grauitate conducens ad finem praeceptum, obliget solum sub venali culpa; & contra, ut possit materiam leuem, & leuitatem praecipue condicentem, suo graui culpa imperare? v. g. ex monaco temperante imponit tibi ieiunium, ex monacho religionis, & spiritualis profetas imperat: auditionem faci: ieiunium enim & graui materia est, & grauitate conduce fini à legislatore intento. Idem etiā de facie auditione, poterit scilicet ad culpam venialem obligare? contra vero verbum otiosum, mendacium leuem, leuitate tunc, & leuitate viuunt opponuntur: poterit obligeat sub graui culpa, ut proferantur?

2. In hac te certum est, nullo modo posse legislatorem in materia leui obligationem grauem imponere, quantumvis vellet, & intendat ita communis sententia. Suatez lib. 3. de legib. cap. 35. n. 2. Vaquez 1. 2. tom. 1. disp. 158. ap. 4. n. 34. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 4. n. 3. Valen. 1. 2. p. 7. n. 6. col. 9. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 9. 5. Salas tom. 2. ques. 71. tract. 13. 4. fol. 2. sect. 11. n. 30. & alii innumeris, quos superuocamus est recentere. Ratio est, quia talis intentio, & obligatio efficit iniquam & iniuriam: quod enim magis iniquum, & inuidit, quam leuis praeceptum trahendebit cum gravem & penam aeternam adiungere. Non igitur est concedenda superiori talis potest.

3. Hanc assertiōē inquit Sarte, in cianī regia, lib. 3. cap. 1. n. 17. ad legislatorem lexalem; & dicit Ecclesiasticum posse sub graui culpa tem leuem imperare. Quo i. posset probari ex via religiosa, in quibus res leues sub pena excommunicationis prohibentur: & x. p. accepto nostris primis parentibus impono, quod videbatur levillimum, & inuidit. ex l. ff. de confirm. princ. ibi, quod principi placuit, leges habet vigorem.

Sed reprehendenda est hinc hanitatio, quam probat Sanchez sibi. & Suatez n. 7. & tenuit la communis sententia: quia ratio tamē de principiis seculari, quām Ecclesiastico probari in quoque enim grauitatis materia deliquerat, ut fundamentum necessarium graui obligations. Neque obstat vias religionis, ibi enim in aliqua res leuis in virtute obediencie, vel excommunicatione mandat, credendum est ob aliquā in fine g. aem. redditam sibi, graui, ut diximus de sileno levando, de ingressu in celas; securi vero quando omnino constaret leuem esse materiam: hoc modo explicantur. Clement ex viis de verbis signis fiscis. & cap. ex his, eadem ita, n. 6. dum dicuntur verbis praeceptua in regula sancti Francisci indicate obligationem sub mortali. M. omnis ostensum praeceptum nostris paucis impositionis de abstinentia a cibis vino, q. & licet in le. ip. Acta vocatur leuis: ad finem autem a Deo intentam grauius sicut fuit, siquidem erat praecepta in rebus omnibus diuinae authoritatis, & humanæ iubationis. Dicunt vero ergis prima loquuntur non de Principiis Ecclesiasticis, sed de ieucri, de quoque tamen loquuntur, intelligi debet seruata prudenter, & iustitia, quod enim Principi placet, rationabiliter, & iuste legis haber vi-gorem.

4. Rursum circa materiali grauem, an possit superior sub veniali obligare? Mihi probabilius multo est posse, & ita tenet & lat. praeceptum Suatez lib. 3. de legib. cap. 1. p. 7. n. 7. Valen. 1. 2. disp. 7. 1. p. 1. quae flum. 2. Castro lib. 1. de leg. pax. cap. 5. documen. 4. latim in principio. & cap. 11. paulo post princip. in proportione 2. p. concil. Thom. sanchez lib. 1. de matrim. disp. 9. n. 6. & lib. 6. in Decal. cap. 4. n. 3. Nauarr. lus. cap. 23. num. 49. Iom. sanct. disp. 1. n. 16. Salas de legib. 1. 2. sect. 7. n. 33. Bononia disp. 1. de leib. ques. 1. punct. 7. n. 4. n. 23. & valde probabile reputat I. filius lib. 2. cap. 4. 1. doc. 9. numer. 96. § tercio, & ali plures ab eisdem relati. Nam obligatio legis ex voluntate legislatoris est. Ergo si legislator non vult ad mortale obligare, lex obligare non potest, quia nequit extendi obligatio vita mente legi suorum, ex l. si quis nec causam. & l. non omnis, ff. 5 certum peratur.

Dicces, superiorum habete intentiones repugnantes; ex una parte vult obligare iua legi, (ut suppono,) liquidem obligat ad culpam venialem; ex alia parte non vult obligare ad mortale: & haec intentiones videtur repugnantes, & vna anim excludere.

R. pondeo huiusmodi intentiones repugnantes non esse: nam de ratione legis solum sit obligatio ad culpam; non vero obligatio ad mortale. Ergo intendens obligare, & nolens ad mortale non committit repugnantium. Præterea hic modus obligandi in materia graui aliquando potest esse conueniens præceptu in religionibus, vbi ne multiplicemus obligaciones graues, & quia leues sufficiunt, possunt superiores præcepere aliqua graui, v.g. ut Misla singulis diebus audiatur obligatio lab. veniali culpa, quæ indecens in hac constitutione est, potest, quæ iustitia aut quis ex illis? Affirmandum ergo est hunc modum imperandi: & possibile est: & scilicet esse convenientem, & ita dixit Suatez illo cap. 27. numer. 12.

cum D. Thom. 2.2. que. 106. art. 9. ad 1. in aliquibus religiōibus obsecrari.

5. Verum aduersus hanc sententiam pugnat actiter Vaquez 1. 2. tom. 2. disp. 158. cap. 3. n. 17. & cap. 4. a. num. 32. probans in potestate legislatoris esse imponere præceptum: at illo posito non esse in eius voluntate obligationem coactare, sed necessariō meiendam esse obligationem iuxta materiam qualitatē. Idem tenet Bellarm. tom. 1. controu. part. 2. controu. 5. de membris. Eccles. milit. lib. 3. cap. 11. in solute ad p. Salmeron tom. 4. Euang. part. 3. tract. 12. § differt autem. Mexia pragm. panis. conclus. n. 11. Victor. ritec. de potest. ciuiti. n. 19. Aragon. 2. 2. que. 62. art. 3. col. 1. § secundū est aduertendum. Salom. que. 77. art. 1. controu. 8. col. 2. §. tertio, quia non possunt. Ochagavia tract. de satisfactione sacram. que. 7. Zapata tract. de inf. distrib. cap. 3. fol. 1. 4. Reginald. lib. 15. a. n. 4. B. can. tract. 3. cap. 6. que. 3. n. 10. & de legislatore seculari, quod non possit imponere sub culpa veniali, vel mortali, sed necessariō iuxta qualitatē materie dbeat procedere, tenet Graffis 1. p. decisi. lib. 2. cap. 57. num. 6. Sorus lib. 3. de inst. q. 6. art. 4. Salom. 2. 1. q. 77. art. 1. controu. 4. §. tertio, quia.

<sup>6</sup> Verum huic doctrina acquiescere non possum. Existimo enim delectationem voluntatis de copula sub conditione afferente eius malitiam, si sit in solutis, malam esse: non quia ex parte obiecti mala sit, sed quia de facto exercit appetitum, & commone ad copulam prælencem, quæ nullo modo soluta licita est: si enim causas delectationem appetitus sensuum referas in solutis, quare non debet refrenare delectationem voluntatis: Detinde falso est appetitus non posse, sicut & voluntatis delectari de obiecto sub aliquæ conditione, imaginativa enim representare potest obiectum vestrum aliquæ conditione: nam ad hanc representationem non requiritur discursus, affirmatio, vel negatio, sed sola simplex apprehensio, qualis est bruis; bruis enim (apud) representationem estibi convenientes, vestri ramen aliquæ conditione que illos à sumendo removere, & vece comedentes illos, nisi timeri domini castigantis adfert; habent ergo appetitum sub conditione: sic Ioann. Salas tract. 13. disput. 6. cap. 2. num. 189. & lib. 30. n. 200. Quod vero in voluntate detur, non solum gaudium, sed etiam delectatio, videtur necessariò afflendum exemplo Christi, qui summum gaudium viro Deo habebat: imo gaudebat vehementer se pro redempcio mundi pari, & morti non tamē de illa morte habebat delectationem, sed potius tristitiam, iuxta illud, risus est anima mea usque ad mortem, quæ tristitia non solū in appetitu, sed etiam in voluntate residebat. In quo autem differt gaudium, & delectatio voluntatis, non est facile explicari. Dico ergo gaudium esse quandam complacentiam approbationem boni posselli, qua voluntas vult ita esse, & complacere, ut ita sit; tendit enim ad rem, prout est in se; delectatio vero non recipit rem, prout est in se, sed prout sibi est ut sit, & convenienter, & de illa vi sic delectatur: quare delectatio ex studio lequitur; ut non semper gaudium infert delectationem.

Addit difficultissimo negotio distinguiri posse delectationem voluntatis à delectatione appetitus; habent enim huiusmodi potentia talis inter se annexionem, ut vix corum actus distinguiri possint, ut experientia constat.

<sup>6</sup> Secundo infero non esse licitam viduis delectationem tam voluntatis, quam appetitus sensuum ortam ex cogitatione copula habite tempore matrimonij, neque sponsis de futuro delectati de copula habenda tempore coniugij: quia talis delectatio non sumit suam bonitatem, vel malitiam ab obiecto quod bonum quidem est, sed ex oppositione, quæ de praesenti habet cum virtute castitatis, eo quod de praesenti exciet, & commoveat spiritus subseruientes generationi, & pollutionis, vel coitus praesens initium sit: & ita tenet Sanchez plures referens lib. 9. de matrimonio, disput. 47. num. 4. Bonacina q. 4. de matrimonio, punct. 8. n. 13. Vasquez 12. disput. 114. n. 3. Basilius de Leon, lib. 10. de matrimonio, cap. 16. §. 2. n. 10. & 11. Lessius lib. 4. de iust. c. 3. dub. 15. num. 110.

<sup>8</sup> Sed obiectus. Eiusdem bonitatis, & malitiae est operatio, & eius delectatio, teste Aristotel. communiter recepto lib. 10. Ethic. cap. 3. ad finem, & cap. 5. sed operatio, quam delectatio habet pro obiecto, est licita. Ergo. Secundum delectari de copula, est copulam approbare, & de illa gaudere; sed gaudium, & approbatum copularum licita hec est. Ergo licita est talis delectatio. Tertiò conjugibus licitum est, delectari de copula tunc habita, quia delectantur de obiecto bono, sed idem est obiectum cum vidui sunt. Ergo licet de eodem delectari; diuersitas enim temporum speciem moraliter non varia, si in obiectis non sit variatio. Quartu lictum est delectari de comeditione carnis tempore quo licet, & de occisione latronis à judice facta, & distributione pecunie aliena, casu & quo esset propria. Ergo etiam est licitum delectari de copula: & ita tener de sponsis de futuro Medina referens Vici. 11. quæst. 74. uric. 8. dub. 3. & ibi Zumel, disput. 4. lib. 3. Paludan in disput. 9. quæst. 3. art. 1. n. 9. & probabiliter reputat Corduba lib. 1. quæst. 2. dub. 13. & de viduis docuit idem Medina dub. 2. Palud. Zumel, supra Valent. 1. 2. disput. 6. quæst. 4. p. 4. Syllepticus verbis delectatio quæst. 3. Emanuel Salas, verbo luxuria, n. 13. Salas tract. 13. disput. 6. sect. 12. numer. 190. probable reputat delectationes etiam appetitus sensuum obiecto rupi sub conditione auctoritate eius malitiam licitam esse, & feit. 2. 9. loquens de sponsis de futuro, solum ut probabilitas defendit non esse eis licitas tales delectationes, & feit. 30. n. 200. in viduis reputat probabiliter posse delectari de copula habita.

<sup>9</sup> Verum retinenda est nostra sententia affirmans delectationem venieram tam voluntatis, quam appetitus sensuum obiecto rupi sub conditione auctoritate eius malitiam licitam esse, & feit. 2. 9. loquens de sponsis de futuro, solum ut probabilitas defendit non esse eis licitas tales delectationes, & feit. 30. n. 200. in viduis reputat probabiliter posse delectari de copula habita.

Ad primum dico ciuidem bonitatis & malitiae esse delectationem cum operatione, quam causat, nos cum operatione, quam habet pro obiecto. Cum autem delectatio de copula licita cauerit illicitam, quia causat copulam de præsenti, que illicita est; & ideo ipsa delectatio illicita est. Secundo respondeo eiusdem bonitatis, vel malitiae esse delectationem cum opere, quod habet pro obiecto: ut obiectum delectationis non est copula præterita, quatenus præterita, sed quacunq; ut appetitus propriæ sympathiam naturalem, neque valet distinguiri quando delectatio est voluntatis solium, quando vero sit etiam appetitus, ut bene probat Vasquez disput. 13. c. 2. & disput. 108. c. 2. Salas disput. 6. sect. 30. n. 200. Quocirca.

Ad secundum nego delectari de copula esse formaliter copulam approbare: aut de illa vicecumque gaudere: nam in omni sententia licitum viduæ est, gaudere, quod debitum matrici reddiderit, & cuilibet licitum est gaudere, quod conjuges sibi inuicem debitum reddant: quia hic actus totam suam bonitatem, & malitiam sumit per ordinem ad obiectum sicuti actus desiderij, & voluntatis effectus: at delectatio inefficax cum non respiciat obiectum, ut præteritum, neque ut futurum, sed abstrahat ab illo, eius malitia, & bonitas non per ordinem ad obiectum ex quo originem sumpt, sed ex effectu, quem causat, deflenda est. Et forte hoc est quod voluit dicere Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. num. 120. Bonacina quæst. 4. matrimonio, punct. 8. num. 14. Salas 1. 2. tract. 13. disput. 6. sect. 1. 9. & sect. 10. num. 199. cum dixerunt sponsis de futuro non licere delectari de copula futura, neque viduis de copula præterita appetitus per imaginationem, ut præsensi, & vno exercita; locus vero di illa, ut future vel præsenti.

Ad tertium nego coniugibus licitum esse delectari de copula tunc habita, quis delectantur de obiecto bono, sed quia delectationes non sunt eis tunc prohibitas; cum enim licita eis copula sit, & licita esse debet causa illius.

Ad quartum admitto licitas esse illas delectationes, quia non habent speciale deformitatem cum virtute; & nego tamen licere delectationem de copula ob rationem iæp dictam.

<sup>10</sup> Tertiò infert nullo modo tibi licere delectari de

F 4 pollutionis

DE  
ASTRO  
PALAO  
TOM.  
I  
E  
N  
V

pollutione in somnis habita, vel coitu sine peccato contingente: quia talis delectatio causa est exorbitia pollutionem coitus praesentem, & ob eam causam prohibetur a castitate. Ita Zumbel plures referens 1.2.9.74. articulo 8. disp. 4. dub. 2. cap. 4. Salas 12.13. disp. 6. sect. 32. num. 219. Basilius de Leon lib. 10. c. 16. §. 2. num. 12. At licitum est de illa pollutione gaudere ob effectum inde sequendum, & ob eandem causam desiderare, quia tunc non est propriè delectatio de pollutione, sed de eff. Et inde sequitur. Verbi gratia, licet desiderare, ut pollutione naturaliter contingat ob tentationes sedandas, & ob eundem effectum de illa gaudete: hac enim ratione Ecclesia gaudet de Adae peccato, cum dicit: O felix culpa, qua saltem aceratum merito habere Redemptorem. Sic Valquez disp. 1.1.5. cap. 2. cap. 3. Basilius *spr.* Lefsius lib. 4. c. 13. d. b. 14. n. 105. Saa verb. luxuria, n. 12. Salas plures referens tract. 1.3. disp. 6. sect. 32. n. 217. & seq. Sanchez lib. 1. in Declar. c. 2. n. 18.

11 Quod dictum est de pollutione ob huiusmodi finem, dicendum est de homicidio, fornicatione, & aliis peccatis, licet tam esse, inquam, delectationem non ilorum effectus, sed quatenus fuerint causa aliecius boni effectus. Sic Basilius lib. 10. de matrimon. cap. 16. num. 2. fine. & num. 12. fine. Salas tract. 1.3. disp. 6. sect. 32. Bonacorsi de matrimonio que sibi punct. 8. num. 8. Neque obitum, si dicas te non posse procurare pollutionem, homicidium, fornicationem: ergo neque de illis contingentibus delectari, quia procurare pollutionem est esse causam illius: at delectari de illa naturaliter coniungente ob effectum relicuum non est esse causam illius. Ergo non est, unde talis delectatio visetur. Verum si loquamusur de desiderio: eto Emmanuel Saa verb. peccatum, n. 12. in editione Complutensi, affirmat licitum esse desiderare illud, de quo est huius gaudere. Et idem docet Lefsius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 105. verb. dico quartu. At mihi videtur id verum non esse; licitum enim est gaudere, quod aliquis fuerit interficetus non ex displicencia persona, sed ob hæreditatem inde procreantem: at interficendum eius desiderare non viderit licitum. Item nullo modo licet desiderare, ut aliqui nefariter copulentur, ad habendos filios, quia licet desiderari siue bonum, desiderari siue mediocris peccato: ut potiam peccato licitum esse videatur de illo, secundum quod causabili liberos gaudere. Quare solum licet desiderare ob bonum finem illud obiectum, quod sine peccato effici potest, licet, inquam, desiderare pollutionem naturaliter coniungentem, non voluntarie contingentem mortale naturalem aliquius, ut a peccato cetero, vel tempore, non tubet. In omnium enim sententia certum est nullo modo licere supradicta procurare: non enim quidquid licet desiderare, licet efficeri, quia alio modo reddit desiderium in obiectum, ac tendit operatio: desiderare enim potest clericus, ut latrones interficiantur, non tam potest illos interficere, quia non desiderat interfici a se, sed ab alio: quia omnia notantur Sout. 1. de in f. 12. art. 1. vers. 13. disp. 6. sect. 3. n. 210. Lefsius lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 104. & ver. 2. secundo.

12 Quatid. infertur non esse licitum coniugibus ligaris votu castitatis delectari de copula legitime habita, vel habendas: qui licet obiectum bonum sit: at delectari bona non est, eo quod adiutori voto castitatis, quod prohibet omnem delectatio em sensibili veniream. Sic Basilius de Leon num. 12. Sanchez lib. 9. de matrimon. disp. 4. num. 25. Valquez disp. 12. num. 10. Temperante aliqui haec doctrinam, Coninchus disp. 3. de matrimon. dub. 11. num. 109.0 habeat verum in coniuge, qui votum castitatis emitis absque confessio aliecius coniugis, & ratione cuius non debiliteratur a debiti redditione. Nam tunc delectatio non videatur prohibita, siquidem absolutè copula non est prohibita, cuius ipsa potest esse causa: at cen eo cum Sanchez, Coninchus n. 12. & Valquez *spr.*, talen delectationem tibi esse prohibit ratione voti castitatis. Additum est, quia ratione illius obligatus es, abstinere ab omni carnali delectatione quantum est ex te, seu quia sine iuria alterius coniugii omni potest: at talis delectatio omni potest sine iuria coniugis. Ergo. Neque obstat illam delectationem initium esse posse copula licita, quia non prohibetur ratione copulae, cuius initium esse potest, ed ratione sui ob votum castitatis. Additum est, quia ratione illius obligatus es, abstinere, ratione enim delectationis ipse qui delectatur, copulae redditus, ratione enim delectationis ipse qui delectatur, copulae redditus. Sic Lefsius lib. 106. Valquez 1.2. disp. 115. c. 2.

13 Sed quid si ex alio impedimento extrinsecus copula coniugalis illicita sit, ut quia veterque, vel alter affinitatem contrarerentur, vel prohibiti sunt copulati, vel ex copula damnatum est secundum proli: an tunc licita sit delectatio de copula?

Negat Basilius de Leon lib. 10. de matrimon. cap. 16. §. 2. num. 12. quia delectatio runc initium est copulae illicitae. Probabilius tamen exstimum oppotuit: quia ista copula ex accidente illicita sic, at per se licita est. Ergo delectatio licita erit, cum delectatio non respiciat copulam secundum quod ex circumstantia virtutum, sed secundum quod se haberet. Et confirmo, si votum castitatis fecisset coniux non absoluto, sed limita-

tum, scilicet non accedendi ad uxorem: certum est non peccatum aduersus votum in declaratione morosa. Ergo delectatio morosa non sumit suam bonitatem, vel malitiam ex copula, quam de presenti potest causare attendingendo ad circumstantias extrinsecas, sed de copula, quam potest causare per se. Additum in impedimento affinitatis sive rem manifestat, cum ratione huius impedimenti solum attingatur coniux a debiti punitio. Ergo non a delectatione illius, Ita docet Sanchez, lib. 9. de matrimon. disp. 44. à n. 21.

14 Maior dubitatio est, quando coniugi dubium est de valore matrimonij, & ratione dubij interdicta est debiti petatio, an tuoc licita sit delectatio? Videlicet licita: tum quia copula coniugi dubitandi absolute licita: et cum quia delectatio non inferit copule petitionem, potius quam reditatem, sed est indiferens. Ergo ratione huius indifferens licita erit talis delectatio. Et confirmo, Tactus, qui ab uno coniuge in absentia alterius habetur, non est mortalvis, vt defendit Sanchez, disp. illa 44. n. 16. quia de se est indifferens ad copulam licitam, vel illicitam, neque delectatio morosa copulam cum coniuge abeleat, quia referti potest ad copulam coniugalem, licet actu non diligatur. Ergo similiter delectatio de copula a coniuge dubio excusatibus a mortali, quia ordinari potest ad copulam licitam, qualis est petita ab altero coniuge.

15 Dicendum tamen exstimum prohibitam esse talem delectationem: quia in soluis omnis delectatio carnalis tam extrinsecas, quam intrinsecas prohibita est, eo quod adverbatur castitati cohibenti omnes has delectationes: sed qui dubius est de matrimonij valore, non habet ius picipiendi has delectationes, nisi in quantum necessarium fuerit ad seruandum ius ille alterius partis boni fidei contrahentis: at ad conferuandum ius alterius comparsis nunquam est necessarium coniugem dubium le mortale cogitando delectare, sicut neque se in absentia coniugis factus prouocare. Ergo nullo modo talis delectatio est illi licita: & ita tenet Sanchez lib. 9. de matrimon. disp. 44. n. 24. Coninchus disp. 3. de matrimon. dub. 31. n. 115.

16 Ad rationem oppositam respondio, cum copula solium licita sit, calo quo petatur: at sublata tali petitione illicita sit, efficiat delectationem: quia non supponit, neque supponere potest, petitionem temporis illicitam esse: quia non habet conditionem, quia illam possit honestare. Ad confirmationem, eti Nauar, Saa, Corduba, & alii, quos referit Sanchez, disp. 16. num. 1. exstimum tactus, & delectationem appetitus sentientis in coniuge absentia mortalia esse: quia enim non possunt esse causa, & principium licet coitus ex quod si impossibilis, sunt causa, & principium coitus illiciti, vel pollutionis. Nihilominus exstimum delectationes, & tactus absque periculo pollutionis non esse peccata mortalia, eo quod ratione matrimonij omnes delectationes carnales, quae ad copulam per se ordinantur, a mortali sine excusatibus. Quod vero copula sit impossibilis, cum impossibilitas sit per accidens, non tollit quoniam delectatio ad ilam ordinatur, idemque licita sit, & ita tenet Vasq. 1.2. disp. 11.3. c. 2. Sanchez lib. 3. Coninchus disp. 3. dub. 21. n. 113. At in coniuge dubitante de valore matrimonij, cum nullam causam habeat honestandi delectationes carnales, nisi ad petitionem comparsit, dubitationes: nullo modo illi est licita talis delectatio, aut tactus.

17 Quod si coniux dubius non est de matrimonij amore, neque aliquo impedimento voti, affinitatis, aut simili ligatus est: probabilius exstimum licitum ei esse delectari de copula maritali habita, vel habenda, ac si praesens esset, modo absit periculum pollutionis: quia omnes haec delectationes coniugis sunt licite, ex quod principium, & dispositio sit copulae coniugalis, quae illis licita est. Ita Vasq. 1.2. disp. 11.3. cap. 2. Sanchez lib. 9. de matrimon. disp. 44. n. 25. Coninchus n. 113. Neque redditus mortalvis, etiam si inde confurat membra pudendi alterius, & commotio absque pollutionis periculo, quia haec omnis ad copulam materialem de se ordinantur, si tamen proper coram delectationem apparetur, erit culpa venialis, quia extrahitur a suo fine. Sic Vasq. n. 4. Sanchez n. 5. Salas 11.3. disp. 6. sect. 30. n. 206. Quod vero Salas ibi n. 205. affirmit mortale esse, si coniuges se delectentur de copula maritai imaginaria, & ficta, mili non probatur: quia parum refert copulam esse fictam, vel veram, si delectatur in abolite illis prohibita non est, & non futur ad obiectum formaliter malum, & ita tenet Sanchez disp. 44. n. 22.

18 Quatid. infertur quid dicendum sit de delectatione in coitu aliorum, & quidem si coitus aliorum malus sit, & de illo sic apprehensio delectari, nemini est dubium de peccare, quia placet tibi, & approbas obiectum malum. At si coitus aliorum a culpa executus, eo quod fuerit in amenia, Herreia 4.4.3.7. quaf. 1.7. exstimum non esse mortale, quando absit periculum proprie libidinis, & iniuria proli: quia amenitibus, inquit, nulla est lex peccata, & idem est de corum coitu dectari, ac delectari de coitu brutorum. Verum si coitus aliorum a culpa executus ob ignorantiam, somnum, aut ebrietatem, exstimat mortale esse de illis sic apprehensio delectari: si quia hi peccantes lege adstringuntur, licet ab illis ob ignorantiam excusatibus. Ergo

Ergo delectari de illorum coitu, est delectari de actu prohibito. Addes, hos ignorantibus non licet coniugere, nec confusere, ut consuegantur. Ergo nec licet de illorum conjugione delectari.

19. Ego vero existimo de omnibus esse mortale, sic Cor. dabo lib. 1. cap. 30. fine salas tract. 13. disp. 6. sed. 3. n. 118. Azor. 100. 1. infit. moral. lib. 4. cap. 6. quafit. Moucor, quia omnes tam eti, quam amenes legi tenentur, licet ab illa obiecitum, vel americanum fuerit excusat. Ergo delectari de illorum coitu per se, est delectari de obiecto malo, & solum per accidens excusat a malitia. Ergo est mala delectatio. Confermo. Nam licet amorem ad necem hominis inuitare, neque eboris inter se coniungere, neque desiderare, ut iudex erret in profunda fenecearia, aut telles fallum testimoniū dicant, etiam ignorantes, quia mala illa, & peccata, a quibus amenes, & etiā per ignoranciam excusat, tibi erunt voluntatis, & gratia. Deinde in venenis eti specialis ratio, quare de his obiectis nequas delectari, quia delectationes de his obiectis non solū lata prohibita, quia ad obiecta prohibita referuntur, sed etiam ratione iuri, & ob repugniam quam habent cum castitate, exstant enim, & communī de se appetimus ad coitum, Ergo siue obiectum excusat a malitia, siue non, delectio de illi mala est. Vnde non solum delectatio de coitu a malitia per accidens, et exstant mala est, sed etiam delectatio de causa matrimoniali aliorum, quia talis delectatio excitat in habente illum, fluxum ieiunis. Et licet aliquando non excitet, hoc est p. r. accidens, ex se enim habet excitare, ac proinde a ea p. r. excusat non potest, esto contra tenet Salas suprā n. 2. 15. tam de delectatione voluntatis, quam appetitus sensui, filio, la (inquit), est talis distinctione.

20. Verum si de delectatione in aliis materiai à Venecelorum, dicendum est primo licitam esse delectationem de quilibet opere bono, siue à se, siue ab alio factum sit. Probo, quia obiectum bonum est, & nullum prauum affectum mouet. Ergo licet de illo delectari, sicut desiderare. Quia ratione illicium est de delectari de suspenso latrone, de inimicis iure vatis, si omnes doctores.

21. Dico secundum. Si opus ex aliqua circumstantia malum sit, & de illo, ut est sub tali circumstantia, delecteris, delectatio peccaminis est, sicut & ipsum opus, sic Basilis de Leon lib. 10. de matrim. cap. 16. num. 6. Racio, meo iudicio, est evidens, quia delectatio vel est approbatio obiecti, vel supponit illius approbationem; sed aprobare obiectum malum, malum est. Ergo de illo vi se delectari malum erit. Explico conclusio- nēm. Apprehendis te hanc comedere carnes in Quadragesima, si de tali comelitione delectaris, procul dubio delectaris de obiecta formaliter mala; similiter si te iudicem singulis, & sub hac apprehensione contemplaris vindicari de inimico, quis dubitate potest te peccatum; cum obiectum formaliter malum approbes.

22. Dico tertio, de quolibet obiecto iure positivo prohibito potest absque mortalitate delectatio esse, dummodo intellectus teperat voluntati obiectum deudandum conditione vitiana, & voluntas & appetitus in illud ut sic representatum feratur. Hec concionit eti communis, Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. n. 11. & feng. Valg. 1. 2. disp. 110. cap. 2. Sanch. alias refertur lib. 1. Decal. cap. 2. n. 10. Ratio videtur aperta, quia obiectum, ut sic representatum, non involvit malitiam. Ergo nequit illam delectationem tribueri: posse autem tale obiectum dividatur per intellectum à conditione vitiana, apertum est, cum ab extremitate habeat malitiam, sicut & prohibitionem has ratione tibi non est mortale, si in Quadragesima delecteris de eius carnis absolute, quia eius carnis in se malum non est, neque in se involvit prohibitionem; estet tamen mortale si delectatio esset de eius carnis in Quadragesima facta, ita ut obiectum delectationis illammet circumstantiam comprehendere. Dices, Sanus nullo modo licet vele in Quadragesima comedere carnes, etiam si non vele illas comedere, quatenus sunt prohibita. Ergo neque etiam licet in Quadragesima de eius carnis delectari.

Repondeo negando consequentiam. Ratio dispartitius est, quia voluntas efficax tendit ad exequendum opus, & cum ab opere sic exerto separari non possit malitiam, neque à voluntate efficaciter separari potest: at delectatio cum operis executio non sit, potest in opere deudandum à conditione vitiana fieri, et ait proinde mala non est, ut bene notauit Corinthiū dispat. 34. dub. 11. n. 110. Bonacina de matrim. quafit. 4. par. 8. n. 11.

Dico quartum; de obiecto iure naturali prohibito mala est delectatio, quae ab illo praecludi non potest malitia: et si ab illo obiecto in aliqua circumstantia facta separari potest malitia, non erit morsa eius delectatio. In priori parte huius conclusionis omnes conuenient: nam tunc delectatio non habet, unde honestari possit, cum mala non semper approbet. Quia ratione nunquam potest esse licita delectatio de idolatria, odio Dei, mendacio, inuiditatem, & similibus, quia in nulla circumstantia haec licita esse possunt. Secunda pars paucis articulis, co quod existimant p. r. prohibitus inter naturali separari non posse malitiam, & prohibitionem. Verum si recte expedit, clara est: futrum enim licitum esse potest necessitate

grati virginis, homicidium auctoritate publica factum: siigitur quis delectaretur de horum actuum substantia, non interficeretur delectari de illis, quarens mali fure; siquidem, & mali, & boni esse possunt, secundum diversas circumstantias in quibus sunt; hac enim ratione, ut bene dicit Azor statim allegandus, non peccat mortaliter, qui se ducent singulis in bello iusti delectatur, quod strenue pugnauerit, minime le defendent, aliaque huiusmodi facit operatus. Item ipomet Thomas Sanchez, qui lib. 1. cap. 2. num. 11. affirmavit, delectationem de probibitis iure naturae semper esse malam, n. 35. nobiscum videtur conferuisse, liquidem admittit non esse culpam lethalem, si laicus se apprehendat Sacerdotem, & iurisdictionem habentem; delectetur in confessionibus audiendis, quia audire confessiones non est malum, nisi quatenus sit à non habente potestatem; quare dum non delectatur de huiusmodi conditionis absentia, non delectatur deinde quo malo, sic dicendum in duello homicidio, & similibus, que licita, & illicita esse possunt, ita tener Basilis de Leon lib. 10. de matrim. cap. 16. num. 19. Azor tom. 1. infit. moral. lib. 4. cap. 6. quafit. 1. in fin. & Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 2. num. 16. fine. Coninch. suprā num. 110.

## §. III.

An delectatio, & desiderium obiecti mali sub conditione auferente eius malitiam, mortale, peccatum sit.

1. Explicatur quafit.
2. De prohibit iure positivo non est peccatum.
3. Quid dicendum de prohibitis iure naturae? i. Proponitur quodam sententia non posse honestari iure delectationem.
4. Probabile est honestari posse.
5. Satis si argumentum num. 3. positis.
6. Aliqua aduertuntur pro superioris doctrina intelligentia.

1. D. Esideras comedere carnes die Veneris, occidere, mensu- tiri, vindicare, idolatria, si tibi licent, & de illis sub tali conditione apprehensio delectari, committitne peccatum, ac si conditione non apposulisti.

2. Si de prohibitis iure positivo loquamus, recepta omnium sententia est, te non peccare, si apponas conditionem excusat a malitia, & sub ea obiectum velis, ut si velis in Quadragesima comedere carnes, cau quod Ecclesia permettere, stante enim Ecclesiæ permissione talis coniectio licita est. Ergo velle coniectio sub tali conditione est velle obiectum bonum nulla ex parte maculatum.

3. Quid si de prohibitis iure naturae loquamur distinguendo est. Aliqua enim sunt, a quibus separari potest malitia: alia à quibus malitia est inseparabilis. Prioris generis sunt, coitus, homicidium, fortunam, infamatio, quae hante aliqua conditio- ne hinc sunt, coitus enim licetus est, h. cum ex ore propria fiat, homicidium, si autoritate publica, fortunam, si vigente necessitate, infamatio, si honesta causa intercedat. Alia sunt, a quibus malitia separata non potest, quia nullus causus dabilis est, in quibus hinc hanc, ut mendacium, fornicatio, vindicta, idolatria, odium Dei, & similia. Si voluntas settut in prioris generis obiecta sub conditione auferente eius malitiam, existimo peccatum mortale non esse, qui setur in obiectum deudandum à malitia: hanc enim ratione non peccat mortaliter religiosus, qui velit ducere uxorem, casu quo liber est a voto & occidere latrone casu, quo iudex est, & alienum accipere necessitate virgine, sic Catech. in summa, verbo cognitio. Emanuel Saá verbo peccatum. Maa 1. tom. summ. cap. 11. n. 1. in 2. edit. Basilis de Leon lib. 10. de matrim. cap. 16. num. 10. Th. Sanch. alias refertur lib. 1. in Decal. cap. 2. n. 2. 4. & alii Doctores statim referendi. Quid si voluntas setur in posterioris generis obiecta, quæ in nullo carent licita esse possunt, affirmat Thom. Sanch. n. 23. Basilis de Leon suprā Azor tom. 1. infit. moral. lib. 4. cap. 6. q. 10. te peccare mortaliter, quomodo cumque ea velis, etiam si velis sub conditione, si tibi licent, vel si non licent mala, vel prohibita. Nam cum impossibilis sit talis conditio, pro non adiusta debet haberi, ex text. in cap. fin. de conditionib. appositis, ut si conditio non est apposita, led abolitur in talia obiecta motus fuisse, nemini est dubium te peccatum grauiter. Ergo etiam si conditionem apposueris. Secundum cum dicit te vel mendacium, si esset licitum, con- ceptus desiderare licitum esse mendacium. Ergo desideras, ut natura rerum mutetur, & iure naturae veritas licet. Ergo peccas. Tertiò nemini esse potest dubium, hanc adiutum esse culpam lethalem, si esset licitum delectari Deum, cum ramen conditio ratione in malitia auferre videatur.

4. Nihilominus existimatio latissima probable non esse peccatum mortale hanc obiecta intrinsecè mala desiderare vel de illis delectari sub conditione, si licita essent, vel si Dei offensa non essent; sic respondebat Valquez 1. 2. disp. 116. cap. 2. Sayrus in clavi regia, libr. 8. cap. 7. num. 18. & 29. Salas tractat. 13. dispat. 6. section. 27. num. 180. Emanuel Saá in edit.

## De peccatorum essentia.

*edit. Complut. Et Rom. verbo peccatum, n.2. Bonacina de matrim. quæst. 4. p.8. num. 20.*

Piobio primum, quia sic desiderans illa obiecta, non absoluere, & efficaciter illa deciderat, cum videat eis impossibilitas, solum enim ostendit propensionem sua voluntatis in tale obiectum quando enim dicit se mendacium commissum, si licet, scit nec esse, neque posse esse licitum mendacium. Ergo non habet voluntatem commitendi mendacium; cum has enim voluntate mentiendi, si licet, stat optimè voluntas nunquam mentiendi, quia non est licitum. Ergo solum illa voluntas est, quædam voluntas inefficax, seu, ut melius dicam, est quadam propensionis in obiectum significatio: at quando ita est, ipmec Thomas Sanchez num. 2, affirmit malam non esse. Ego nunquam est mala talis voluntas. Secundum, qui vult mentiri, casu quo licet, non vult obiectum prauum, siquidem mendacium licitum malum non est, & licet nunquam posse esse licitum mendacium, hoc non obstat quomodo voluntas in illud sub ea conditione feratur; in apprehensione enim, & affectu mendacium licitum est.

5. Neque obstant rationes contrarie. Admitto enim conditionem impossibilim in matrimonij contractu fauore ipsius pro non adiecta haberi: at non in aliis contractibus, ex §. si impossibilis. Instit. de iurislib. stipulas. Et leg. impossibilis, 7. ff. de verborum obligat. Et leg. non solum, 30. ff. de actionib. Et obligat. Ex quibus legibus conitas apponentes conditionem impossibilem non habere voluntatem contrahendi, sed potius irridendi?

Ad secundum nego voluntem mentiri, casu quo licet, vel le ut licitum sit mendacium, quia circa bonitatem, vel malitiam mendaci non fertur eius voluntas, sed negatiu se habet: sicut si voluntatem haberes occidenti larcinos, si iudees, non infetur te habere voluntatem assamenti officium iudicis. Neque religiosus, qui diceret: Si solutus essem a votu, ducentem vxorem; si infetur habete voluntatem fe a votis liberandi, sed solum dicit, quid in illo statu faceret, sibique gratum ficeret. Ergo ex tali voluntate non infetur velle, ut resum natura mutetur. Secundum respondeo concedendo te velle, ut illa omnia essem licita, & natura rerum mutentur; sed quia non vis illud efficaciter, sed inefficaciter, sed per simplicem affectum, & ob finem bonum, non est eur peccati mortalis tais effectus damnandus sit, vt benè dixerint Vsq. & Salas suprà.

Ad tertium respondeo illam voluntatem, si eset licitum, defructare Deum, mortalem esse non ex formalib. obiecto, quod respicit, sed quia videtur effectus esse alterius voluntatis Deum odio habentis: qui enim serio id diceret, manifeste conuincetur Deum sibi disperire, & ex disperitione ipsius eset mortale: non obiecto.

Pro maiori intelligentia supradicta doctrina aduerto aliquos esse casus, quibus à mortali aliqui se existimat excusatos ob conditionem appositam, cum tamet non sint, eo quod conditio illa non tollat malitiam integrę. Si enim dies vindicarer, fornicarer, aut aliud malum facerem, si infernos non essem, vel si non essem sacerdos religiosus, &c. sine dubio peccas quia esse, vel non esse inuenitur, esse, vel non esse sacerdotem, non tollit malitiam vindicare, fornicari, & aliorum peccatorum; tolleret tamen aliquam circumstantiam: vt si diceret, si non essem religiosus, fornicarer, & constitueret peccatum solum contra temperantiam, non contra votum, vt bene norasit Bonacina de matrim. quæst. 4. p.8. n.27. Sanchez lib. 1, in Decalog. cap. 2. n. 28. qui n. 29. aduertit, cum aliquis dicit, si hoc mihi alio tempore accideret, vindicarer, esse peccatum, si poterit exequi de vindicata desiderari: at si solum enarrative proferat, evanescendo, inquam, quid tunc faciendum fuisse existimat, culpa vacat. Nunquam tamen est peccatum velle relinquere peccatum ubi timorem inferni, vel ob amissione honoris, ob quemcunque enim finem peccatum relinquatur, peccatum non est.

## §. IV.

An delectatio morosa de turpi obiecto habeat omnes species, quas haberet desi- derium illius.

1. Explicatus quæstio, Et declaratur, in quo sit et difficultas.
2. Si delectatio sit de copula cum conjugata, quatenus talis est, speciem habet adulterij, secus si de copula conjugata præcepto per intellectum conjugii.
3. Proponitur quadam obiectio, Et solutio.
4. Aliqua aduertuntur notanda.

1. Constat primum, desiderantem fornicari cum soluta contra temperantiam peccare; si cum nupta, addere iniustiam ob adulterium; si cum religiosa, vel voto castitatis ligata, peccare contra religionem; si cum consanguineis, peccare contra pietatem, quācumvis veller non esse conjugata, religiosam, vel consanguineam, quia desiderium peccati rendit

ad exquendum peccatum, & cùm a peccato illo separari non possint illæ circumstantiae; necessariò i latum malum habere debet delectum, seu voluntas efficax.

Difficultas autem est, an etiam illas habere debeat delectatio: siquidem delectatio non tendit ad executionem operis, sed postūm ipsum opus, quasi exercitum suppedit, & in illo delictum.

2. Et quidem si delectatio sit de copula habita, vel habenda cum conjugata, quatenus conjugata est: ita ut obiectum taxe delectationis non solum sit copula cum illa feminæ, quam cognoscitis conjugaram, sed copula cum illa ut conjugata, taliter quod est se conjugata delectari, nemini esse potest dubium talen delectationem non solum contra temperantiam, sed etiam contra iustitiam esse: siquidem iniustitia tibi placet, & grata est, & tradidere uero Vsq. & Salas infra allegandi. At vero vel non quum hoc contingit, quia feminam esse conjugata, vel alio impedimento ligata, parum delectatione delectari, in oportuni temperat delectationem, non illam excitat. Ergo cùm de illius concubitus delectaris, non delectaris de illo, quatenus est concubitus conjugata, vel religiose, sed ab omnibus his circumstantiis praescindis. Posse autem delectationem ab omnibus his circumstantiis praescindere, videut manifestum: scimus enim illa esse potest sine conjugio, vel voto castitatis. Ergo bene potest apprehendri, quia apprehendatur aff. eti conjugio, vel voto castitatis (aff. alia cognitione cognoscatur affectum esse conjugio, vel voto castitatis.) Ergo apprehendere potes copulam cum illa, ut si apprehensa. Ergo delectaris in tali copula, non delectaris in copula adulterina, vel sacrilegia: quia copula illa prout est in tua apprehensione ab omnibus his malis praescindit. Ergo delectatio de copula cum conjugata, religiose, vel consanguineam, cuiusdem est potest species, nisi formaliter delectatio fiat de illis, quatenus tales sunt, ita tener, & late probat Vsq. 1.2. disp. 1.12. cap. 2. Azor lib. 4. infra. mor. cap. 6. q. 3. Sayrus in clau regia lib. 8. c. 7. n. 19. O. 20. Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 2. n. 12. attentionis eius limitatione, quam apponit conclusionis, probabilem reputat Lessius lib. 4. de virg. cap. 3. dub. 1.5. n. 23. Saà verbo luxuria n. 13. Salas 1. 2. tract. 1. disp. 6. jet. 6. nra. 56. O. 57. Agid de Coninch. d. sp. 34. dub. 11. n. 108. Bonac. de mar. q. 4. p. 8. n. 9.

3. Sed objicies, cum delectaris de obiecto prauo, verbi gratia de copula habita cum conjugata, copula cum conjugata tibi placet, & grata est. Ergo tibi grata est copula adulterina, quia ab illa copula cum conjugata separari non potest adulteria.

Respondeo, si per approbationem voluntatis tibi placeat copula cum conjugata, certum est malitiam adulterii ralem approbationem habere; illa enim voluntas est voluntas operis: at si per delectationem tibi placeat, non est necessarium, quod tibi placeat copula cum conjugata, quatenus cum conjugata est; suffici, si placeat illa copula, quia cum conjugata est facta, quatenus est cum feminæ pulchra, & à te amata; stat enim optimè non posse ab aliquo opere separari plures malitias, & in delectatione illius operis omnino separari. Exemplis probat Coninchus, Lessius, & Salas suprà, si in loco facto male trahitur tuus inimicus, & tamen de illius calamitate delecteris absque consideratione loci facit: talis delectatio malitiam sacrilegij non habet, etiam si opus exterrit sacramentum fuerit. Item audis verba facie, sed consumelio, impetu, detractione, delectari de illis potes, non quatenus consumeliam cauam, sed quatenus ritum existant, item non quatenus detractione, sed quatenus impetu. Ergo non est necessarium delectationem integrè obiecto conformari, & omnem eius malitiam in se recipere, sed poteris solum ex parte turpidius ab illo accipere.

4. Aduerterendum tamen est, si delectatio contingat de copula sodoponica, vel bestiali, necessariò factendum est, quia omnino fuit distincta à copula fornicaria, & speciale cum virtute castitatis oppositionem habent: sive hæc oppotito illis proueniat à turpiditate obiectorum, quæ respiciunt, sive à se ipsis per ordinem ad obiecta, sic Vsq. cap. 2. Lessius n. 12. Salas num. 60.

Secundum aduertendum est, si delectatio fiat ab habente votum castitatis, est non solum contra temperantiam, sed etiam contra votum, quia votum omnes delectationes carnales excludit. Solum est difficultas, an delectatio conjugii cum formâ aliena habeat non solum malitiam contra castitatem, sed etiam contra iustitiam? Affirmat Bonacina quæst. 4. par. 8. de matrim. n. 19. verit. Secundus casus, qui conus per matrimonium non solum corpus, sed etiam affectus alteri conjugii obligavit. Ergo si in alteram à conjugi inclinat, iniuriam interrogat. Hæc tamen ratio non est difficultate, supposita nostra lenitentia affirmante delectationem non accipere malitiam omnem obiecti, sed quatenus ab intellectu voluntari reprobatur. Cùm autem à circumstantia conjugii possit intellectus praescindere, & seipsum quasi solutum considerare, non videut circumstantiam conjugii, posse malitiam tali delectationi tribuere. Quod autem per conjugium non se conjuges obliguerint ab his delectationibus abstineat, sicut obligantur vocentes castitatem; inde probatur, quia hæc delectationes sunt

sunt per se incognitae alteri conjugi. Ergo non potest ratio ne illarum iniuriam pati, neque ob illas priuatur copula sibi debita. Ergo non sunt contra iustitiam, sed solum contra temperantiam, quod dubitando dictum sit.

## §. V

An delectatio appetitus sensitiui cum commotione corporis, peccatum sit mortale, si voluntas in talem delectationem expresse non consentiat.

- 1 Quoniam in his moribus consentire possit, & de quo consentiuntur conuersio.
- 2 Morus appetitus sensitiui non refrenari à voluntate, cum possit qui appetitus immortale.
- 3 Probabiliter est sententia opposita.
- 4 Solvuntur fundamenta num. 2 posita.
- 5 Ans pro peccatum veniale hos motus non reprimere; Proponitur sententia non esse.
- 6 defenduntur cum communis esse veniale peccatum, & solvuntur contraria rationes.
- 7 Quid si ob causam honestam non reprimis.

1 Dupliciter voluntas in huiusmodi motibus consentire potest, primum expressè appendo illos, & in illis se decipiendo, & de hac voluntate nemini est dubium esse peccatum mortale. Secundū consente potest tacite, & virtualliter, quatenus non reprimit, neque coeret, cum possit. Et de hac secunda voluntate est controverfa, an sufficiat, ut motus appetitus sensitiui sint peccata mortalia, etiam quando absit peculia pollutio, vel alterius consensus mortalium.

2 Prima sententia affixat, sic Azot tom. 1, lib. 4, cap. 6, quæst. 5, & cap. 21, quæst. 5. Petrus de Lædæcima 2. part. sum. cap. 27, mto. Valent. 1. 2. 3. disput. 6, quæst. 4, punct. 3, vel nihilominus contraria, Lefluis lib. 4, de inst. cap. 3, num. 117. Vafquez 1. 2, disput. 108, cap. 1. Suytos lib. 8, cap. 7, num. 3, referunt pro se D. Thom. Bonavent. Alenç. Richard. & alios, sed immerito, ut tunc expendi. Salas 1. 2, tract. 13, disput. 6, sect. 3, in princ. num. 24, &c.

Iacobus potest primò, quia voluntas tenetur regere appetitum, & omnes alias potentias, ne ratione pugnant; ideo enim constituta est dominica & regina potentiarum. Ergo si cum appetitus, alioquin inferiores potuerint oppugnare rationem voluntatis non le opponit, & appetitum reprimere, & obligationi, non assifacit. Ergo peccat, & cum sit materia gravis excusat, non potest à mortali. Secundo, si voluntas in huiusmodi motibus expresse consentiat, omnes affirman, peccare mortali. Ergo etiam peccabit si virtus voluntatis consentiat, tacitus enim, & expresse consentit pro eodem repitantur, ex l. de quibus, in fons ff. de legibus, & l. cum quid. ff. si certum petatur, & late Euseb. loco ab expre. ad tacuum. Confirmo, quia vix distingui potest, an voluntas se negat, habeat, an expresse consentient, nam cum appetitus fecum trahat voluntatem, difficile erit discernere, contentient appetitus voluntatem non contentient. Tertio si aliquis huiusmodi motus per tactus, & amplexus in te excitaret, obligatus esset sub mortali illum reprimere. Ergo etiam cum à natura excitantur, cum eodem modo ad terminationem pucceatur. Negque valer dicere te esse obligatum repellere huiusmodi tactus, ne peccato alterius consentias: nam cians si ater non peccaret, eo quod ebrius, aut amens esset, tenet illum à te repellere, neque tales actus permittere: quia rasilis irritatio à quocumque proueniat, castigari oportet. Quarto velle hos motus, & delectationes inde consurgentes, id est mortale, quia haec delectationes initium sunt, & caput proxima pollutionis, vel coitus, sed siue apponatur expressè, siue tantum interpretatus, eodem modo sunt initium: & causa pollutionis, vel coitus. Ergo eodem modo erunt peccata, cum confessus interpretatus verus confiteatur. Quinto, si voluntatis licet hos turpes motus non reprimere, sed illorum delectationem recipere, contenta erit talis delectatione, & de matrimoniali copula non carabit. Obstat ergo talis sententia fini matrimonii.

6 Nihilominus esti supradicta sententia valde probabili sit: probabili mihi videtur non peccare mortalitas voluntatem, quæ non reprimit hos turpes motus sed merè negantur, se circa illos habet, dummodo absit periculum pollutionis, aut viterioris, gravis consensus tenet hanc sententiam Caietan. 1. 4, quæst. 74, art. 3, & in summ. verb. delectatio verbi, magna ipsam. Naturi, cap. 11, num. 9, ver. 1, part. 4, & cap. 16, num. 9, part. 2. Toler. lumen, lib. 5, cap. 14, num. 2. Philippius rom. 1, part. 2, sum. lib. 4, cap. 8, & alii plures, quos referat Salas tract. 13, disput. 6, sect. 3, num. 25. Et licet ipse noluerit suam mentem declarare, licet insinuauerit esse pro hac sententia ut legitimi probat. Probabilissimum esse affirmat Thomas Sanchez lib. 3, de matrim. disput. 45, num. 25 & lib. 1, in Decalog. cap. 2, num. 13,

vbi hanc reputat probabiliorem in rigore metaphysico, præceptum tamen aliam dicit esse veram.

Principia ratio, quæ me mouet, est quia huiusmodi motus à natura proueniant, ita ut omnes coeteræ sit impossibile, aliquos difficultum. Non est igitur credendum de divina bonitate salutem eternam hominem his periculis exposuisse esse, enim salus eterna cuiuslibet hominis non leui periculo exposita, si cum à natura sit in malum proclivis, arctus sit non solum non admittere hos motus, sed etiam illos reprimere, & coeteræ. Item si obligatus esset homo hos motus reprimere, cum possit, obligatur sane media apponere non difficultad ad reprimendum. Ergo si video hos motus confusare eo quod in lecto tali vel tali modo decumbit tenebitur à tali cubitu abstineat, imò surgere, & se aliquatenus verberare, quod certè est durissimum, & pauci admittunt. Deinde peccabile mortaliter, si non evitare causas, ex quibus cognoscit huiusmodi motus praus insurgere; nam si postquam excitati sunt tenet illos reprimere a fortiori tenebitur impedita ne existentur, & tenebitur ergo sub mortali peccata non altoqui, nec videre, alioquin familiam omittere, que omnium sententia vel bona sunt, vel solum venialis.

4 Denique argumenta contraria sententie non virgent. Ad primum dico, voluntatem obligatam esse sub mortali rege appetitum, ne ita cum ratione pugnet, ut ex eius pugna ipsa consentiat: at impedire quilibet pugnam, non videtur obligata voluntas fatem sub mortali.

Ad secundum admitto gratis in contrastibus idem esse iudicium taciti, & expressi propter presumptum contentum: at in peccatis nequam, & nunquam enim tibi licet aliorum peccata velle: licet tamen illa non impedit, & Deus peccata permittit, non tamen illa vult. Quare si recte expendarit hic consensus tacitus, qui solum est permisso, non debet diel propriètatem voluntatis, cum voluntas quantum est deinde illos non velit, & in tali appetitus delectatione dissiparet. Alias diceretur Deus tacitè velle nostra peccata, & virtualiter in illis consentire, si quidem illa permitti potens cohibere quo nihil absurdum. Ad confirmationem, difficultile quidem est discernere voluntatem non consentire, consentientem appetitum: at experientia confitit a contigeret, præcipue cum in voluntate adeit displicentia formalis de tali delectatione, quæ displicenter detinet voluntatem, & consentiat, esto ineficax si de praus illos motus reprimendos.

Ad tertium concedo velle hos turpes motus illaque proculare, esse peccatum mortale, quia initium sunt, & causa pollutionis. Nego tamen inde infiri illos permittere esse mortale; quia aliud est velle causam pollutionis, aliud permittere illam. Qui enim permittit causam pollutionis à natura prouenientem, non dicitur illius causa: at qui illam vult causa illius est. Addi si prædictetur futura pollutio, etiam non prædictetur illius contentus, communiter Doctores faciunt tenet iunc voluntatem refutare, nec posse solum negantur se habere, quia tenet causas notabiliter ad pollutionem influentes auertere, si commode possit: sic Sanchez supra lib. 9, de matrim. disput. 45, num. 45, & in Decal. lib. 1, cap. 2, n. 14. Salas 1. 2, tract. 1, disput. 6, sect. 18, num. 121, fine, & sect. 9, num. fine, quamvis difficultate non caret.

Ad quartum concedo velle hos turpes motus illaque procurare, esse peccatum mortale, quia initium sunt, & causa pollutionis. Nego tamen inde infiri illos permittere esse mortale; quia aliud est velle causam pollutionis, aliud permittere illam. Qui enim permittit causam pollutionis à natura prouenientem, non dicitur illius causa: at qui illam vult causa illius est. Addi si prædictetur futura pollutio, etiam non prædictetur illius contentus, communiter Doctores faciunt tenet iunc voluntatem refutare, nec posse solum negantur se habere, quia tenet causas notabiliter ad pollutionem influentes auertere, si commode possit: sic Sanchez supra lib. 9, de matrim. disput. 45, num. 45, & in Decal. lib. 1, cap. 2, n. 14. Salas 1. 2, tract. 1, disput. 6, sect. 18, num. 121, fine, & sect. 9, num. fine, quamvis difficultate non caret.

5 Ex dictis oritur non leuis difficultas, an sit peccatum veniale hos motus non reprimere, cum possit. Ratio difficultatis est. Nam si est peccatum veniale non reprimere hos motus, ideo est, quia est obligatio reprimendi, & carentia illius repressionis aduersatur aliqui præcepto: at nullum præceptum esse videatur cui aduestetur: nam illud præceptum, non concupisces, non appetitus cupiscentia, vbi non est libertas, sed de concupiscentia voluntatis latetur est. Ergo dum ipsa voluntas non concupisces hos motus, nullum peccatum esse petet. Deinde si adiu. præceptum reprimendi hos motus, cum hæc si materia gravis obligatio erit sub mortali. Ergo vel dicendum est nullum esse peccatum hos motus non reprimere, vel esse mortale. Denique non reprimere hos motus, ideo esse peccatum veniale, quia ipsi excitant, & mouent ad pollutionem, cuius causas debes auertere, si commode possit. Ergo hæc ratio probat non esse peccatum veniale, sed mortale. Quia non auertere causas in materia luxurie notabiliter influentes in pollutionem, mortale est, ut expedite Sanchez lib. 9, de matrim. disput. 45, num. 15. Confirmo pollutio prava, & non intenta, in tantum est peccatum, in quantum est peccatum causa illius, sed quando ex huiusmo die.

DE  
ASTRO  
PALACI  
TONI,  
H. M.  
E. M.

delectationis appetitu praevideretur pollutio, delectatio appetitus peccatum mortale est. Ergo etiam cum in re, quando non praevideretur. Probo consequentiam, quia causa pollutionis esse mortale, vel non esse, non provenit ex eis. Quia sequitur, sed ex eo quod ipsa per se talem effectum habeat. Ergo vel dicendum est nullum esse peccatum nos motus non repente, etiam stante pollutionis periculo, vel semper esse peccatum mortale. Quapropter plures Doctores asserentes hanc delectationem mortalem esse, non tam de periculo pollutionis, quam de periculo confessus in ipsam sunt locuti: quoctua Aelensis, Bonavent., & alij, quos refert Salas 1. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 3. n. 30. & sect. 35. circa finem, n. 6. sententia nullum esse peccatum has delectationes permittere, si abit periculum confessus, & expresto docet Ioan. Sanchez in select. disp. 21. n. 3.

6. Veum omnino retinenda est communis sententia, quam docet Salas *sopra sect. 3. num. 30. fine & sect. 9. in præc. vbi plures refert Thomas Sanchez in Decalog. lib. 1. cap. 2. n. 13. fine, & omnes communiter: permittere, inquam, hos turpes motus, & delectationem appetitus absque aliqua causa honesta, esse peccatum veniale, quia de se sunt inordinati, & ad copulam invitant. At à copula prohibitus es abstine: ergo etiam prohibitus es abline: ab iis motibus sub graui culpa, ne illos velis, sub leui, ne illos permittas. Nec mirum est hos diversos modos confidendi, non eadem gravitate culpe prohiberi, sicut enim non eadem gravitate culpe prohibetur resiste rapide temptationi, ac illam velle. Ex his patet ad primam & secundam rationem dubitandi. Ad ultimam dico te obligatum esse auctoriter causas per se ad pollutionem notabiliter influentes, quando commodè potes: obligaris, inquam, sub mortali, si tibi voluntaria sint; sub veniali, si à natura sint apposita, vel si intelligentur probabilitate pollutionis cauatur. Unde cùm Doctores dicunt causam dñe pollutionis, absque villa necessitate, mortale esse, etiam si pollutio non sequatur, si causa per se referatur ad pollutionem, optimè dicunt: at qui permettit huiusmodi motus, non dat causam per se pollutioni, sed permettit causam à natura datum: hæc autem permissione non videtur sub graui culpa prohibita, quando pollutio non intelligitur prouentura sufficit, si tunc sub veniali intelligatur prohibita.*

7. Notandum item est, si ob causam necessariam, vel viilenam tibi, aut alteri non reprimitis huiusmodi motus, quales sunt, audite confessiones, legere, studere, locutio vibra cum scemina, equitatio, timor incidenti in turpioribus delectationes, vel urgentius temandi, nullum peccatum committis: etiam si adit periculum pollutionis, modo abis periculum confessus, quia tunc pateris has delectationes, non agis: ita Azor tom. I. institutionum moralium. lib. 4. cap. 6. quest. 5. Salas plures refert 1. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 3. num. 31. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 2. n. 12. Valquez disp. 108. cap. 3. fine. Conincus disp. 34. de marim. dub. 1. n. 111. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 94. & dub. 15. num. 118.

## P N C T V M X I.

Qua ratione pecces, si te iactes, aut iactari permittas de peccato, de bonis naturalibus, & de virtutibus.

1. Iactantia de peccato peccatum est.
2. Si de dexteritate, aliisque circumstantiis iactet, idque audiens intelligent, a peccato mortaliter excusari potes.
3. Si alius te de peccato laudas, & laudes acceptas, mortaliter peccas.
4. Idem est si alius tu de peccato laudas, vel quod non commiserit exprobras.
5. An iactantia in peccatum eandem habeat malitiam, ac ipsum peccatum.
6. Iactantia immoderata in donis naturalibus per se est veniale peccatum.
7. Aliquando est mortale, ut si in damnum terij vergat.
8. Quarere ab hominibus estimationem, & gloriam in virtute aliquando licet.
9. Humanæ laudes propter se appetere illicitum est.
10. Sed quid si ob gloriam humanam captandam fingeres opera virtutis.

1. In controvergia est, iactantiam de peccato peccatum esse, quia iactantia & est complacencia in peccato, & ex illo laudem querit. Vnde si peccatum fuerit mortale, mortalis erit iactantia si veniale, venialis. Neque refert, sine peccatum verum, vel falso, de quo te iactas, quia iactantia eadem esse potest, sive peccatum verum sit, sive falso, sic omnes Doctores cum D. Thom. 2. 2. q. 132. art. 1. & 3.

Sed quid si tibi placet peccatum, immo potius illud detestaris; at ne condemnetis ab aliis, nivis exprobrias, te iactas de peccatis commissis, vel fingitis commissis.

Respondeo in iactantia de peccato communiter dupliciter peccati, primò per complacentiam, & gaudium de peccato, de

quo te iactas. Secundò per extollentiam pravam, & clationem inordinateam. Si in peccato, de quo te iactas, non complaceras, excusat, a peccato complacentia, & delectationis illius: at non excusat, a peccato clationis, seu inanis gloria, quæ constituit in querenda laude, & honore ex peccatis, sic D. Thom. *sopra articul. 3. Nauar. summ. cap. 13. num. 11. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 3. num. 5. & 10. Azor tom. I. insit. lib. 4. cap. 13. quaff. 2. & 5.*

Verum si in peccato narrato non complaceras, neque ratione illius laudem quætas, sed solum te iactes, de ingenuo dexteritate, virilitate in committendo, affirmat Lessius lib. 2. de iustit. cap. 47. dub. 6. n. 42. Sanchez num. 4. Bonacina *quaest. 4. de marim. punct. 8. num. 10.* non esse mortale calu, quo audientes intelligent te neque complectere in peccato, ne que laudari de illo, sed solum de modo, qui in committing adfuit: nam si id non intelligunt, peccas inanis gloria peccato, siquidem opere factem exterio exultas in rebus pessimis. Et ita presumendum est contingere, quoties tuus animus in contrarium manifestetur declaratur, sumitur enim presumptio ex communiter contingentibus, ex l. nam ad ea ff. de legib. Negari item non potest taliter narratione periculorum suorum.

3. Quod si alius te de peccato iactet, & laudes acceptes, ilisque congaudeas, clatum est te peccare mortaliter, vt bene dixit Nauar. & Sanchez *sopra*: at si tibi displaceat, & preterea recundia taceris, existimat Sanchez non est mortale, nisi talis esset laudans, qui tacendo statim scandalum præbaret. Ergo vero, vt te excusat à peccato, semper existimo necessarium, ut aliquo modo displaceant, quare habes in corde, exterius manifestes: aliquo centebet laudes ex malefactis acceptate, & in illis confundit.

4. At si tu alium de peccato commisso laudas, vel exprobras, quod non commiteris, clatum est te peccare pro graviitate peccati, quo laudas, vel exprobras, tum quia exetas alium, vt de peccato gaudeat, vel penitentia non commississe, excutiturque ad committendum; tum quia significans laudem, & honorum ex malefactis esse querendam, idque pro-utras, sic Nauar. cap. 23. num. 13. Caetan. sum. verb. iactantia. Sanchez n. 6. & seq. vbi bene aduerterit aliquando oriri obligationem restitutionis, tui exprobrationis, vel iactantia motus aliquis fuerit damnum inferre. Quod si solum dexteritatem, ingenium, & vires in peccato laudare intenderis, id vt excusat à peccato explicare debes, & caueat omnino, ne in te vel in alio periculum sit iactantia, & gaudijs de mortali admiso: ratione cuius bene dixit Sanchez num. 12. frequentissime hanc laudationem mortalem esse.

5. Sed inquire, an iactantia eiusdem sit specifica malitia cum peccato, de quo te iactas, ac proinde in confessione tenetis dicere, & declarare peccatum, de quo sicut iactantia, si fuit, inquam iactantia de futo, vel de fornicatione.

Affirmat Sanchez illo cap. 3. n. 13. Mouetur, quia virtus non solum prohibet peccatum sibi formaliter contractum, sed etiam delectationem, & iactantiam de illo. Quæ sententia vera omnino est, si iactantia sit cum gaudio de peccato commisso: at si gaudium excludas, & solum peccatum iactantia committas, existimo probabilius non variat eius malitia ex sufficiet peccati, circa quod versatur, ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum, cuius sicut iactantia, sed sufficiente satisfacere dicendo te de mortali culpa in causa. Probo, quia tota iactantia malitia consistit in captanda gloria, & honore ex malefactis: quod vero male facta sint latrocina, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantiae malitiam, sicut ad violationem voti, & iuramenti, materiale quid est, quod violatio sit in castitate, vel in paupertate, ita tener expedit Nauar. sum. prelud. 9. num. 4. Negre verum est quoniamlibet virtutum prohibere iactantiam de peccato sibi contrario, sicut prohibet delectationem, gaudium, & desiderium illius, quia iactantia de peccato, quodcumque sit, per se prohibetur a virtute humilitatis, est enim iactantia filia superbiae (eu inanis gloria), vt dixit Gregor. lib. 31. mor. cap. 32. & D. Thomas communiter receptus 2. 2. quest. 132. articul. 4. ac proinde de humilitate contraria: at delectatio, gaudium, & desiderium de peccato solum ab ea virtute prohibetur, qua prohibetur ipsum peccatum.

6. Verum si de iactantia in donis naturalibus, nempe ingenio, nobilitate, robore, & fortitudine loquamus, & de his te iactes, plurimum oportet, peccatum veniale per se tantum est. Et si peccatum conflat, siquidem appetit excellentiam, & honorum indebitum. Et si tantum veniale ex eo probatur, quia res que appetit bonus est, scilicet honor, & gloria humana: modus autem appetendi non est cum damno terij, vt suppono. Ergo non videtur esse gratis culpa. Et confirmo, quia acerius ingenii, nobilioris prosperitatis, & præstantioris doctrinae opinionem affectus est, quam tua merita potulant, non teneunt manifestare veritatem, sed poterit hoc opinione, eris falsam permittere; dummodo non vergat in determinatum aliorum. Ergo procurare opinionem excedentem meritum, non est mortale, siquidem non est peccatum illam costruerat.

7. Dixit

7. Dixi non esse mortale per se apparente excellenciam, & hancem indebitum, quando non vergit in altorum grave detrimentum. Nam si iactatio horum bonorum, eo quod fallitur, in alio am grave detrimentum vergit, nemini est dubium, esse mortale. Unde si ignorans iuris canonici, vel medicinae regulae peritum Medicum, vel Advocatum, & obinde exponas pericula medici insitos, vel disolues dilectis, nemini est dubium peccare mortaliter, cum obligatio reliquerit, si dumnum fuerit legatum; sic Nauar. cap. 23. num. 13. & 16. Loffus lib. 3. cap. 47. sub 6. num. 42. Sanchez alios referens lib. I. in Decalog. cap. 3. num. 2. vbi a peccato mortal excusat generaliter competentes cathedrae, quae cotam electoribus plus iustitia excolunt, & laudes, & facinora singunt, vi competrivis aliis praefatur, quia huiusmodi dictis ferre nulla fides adhibetur.

8. Quod si de iactancia in virtute loquimur, dicendum est narrare recte facta, & ab omnibus gloriam, & a summatione ob illa querere, fieri posse aliquando absque peccato, iuxta illud Eccl. 41. num. 13. Curam habet de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri. Et apostolus 22. prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Debet tamen huiusmodi recta affirmatio non propter se appeti, sed ut in his Deo ratio illius obsequari, vel causata sit, ut alii obsequiantur, qua ratione dixit Match. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in celo est; sic Azor. f. i. institutionum moralium lib. 4. c. 1. q. 3.

9. Qui enim solum humanam laudem ex operibus bonis capiat, peccare sanè, ut opinè expendit Nauar. in cap. missis 23. quæf. 5. num. 13. & 44. & Azor. lib. 4. in ist. cap. 13. quæf. 1. tum quia omnia creata non sunt propter se appetenda cum tamen inordinatio est virtutem, quae excellenter est, ad humanos honores dirigere, & propter illos appetere: tunc tuum, qua virtus per te solum est laude digna, & dignissima, ut per appetit. Deinde non leviter demonstrar Christus Matth. 5. Attende (inquit) ne iustitiam vestram facatis coram hominibus, ut iudicabis ab eis. Nam de illis qui hoc faciunt, subiugit recipi mecedem suam, quasi diceret, iam illis est iustitium: cum enim opus praetium a Deo non meretur, cum non propter ipsum fuerint facta. At haec culpi etiam si in administratione, vel receptione sacramentorum, solum illi venias, quia non videtur grauius inordinatio ex bono opere humano laudem capiat, & ita tenet Nauar. cap. 23. num. 13. vñf. 4. qui res principaliter. Sylvest. verbo vana gloria, 9. 2. fin. Henrique lib. 4. de penitentia. cap. 36. num. 4. in comment. lib. 1. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 3. num. 1. Bonacina de matrimon. quæf. 4. p. 8. num. 10. coniugii ex Azor. tom. 1. lib. 4. in ist. num. 25.

10. Sed quid si ob gloriam humanam captandam fingeres operas virtutis, adhuc extimo te solum venialiter peccare, si inde dumnum aliquod graue aliis non obvenire, quia non videtur grauius inordinatio, quod ex parte docuit Azor. tom. 1. in ist. moralium lib. 4. cap. 13. quæf. 5. vbi postquam dixit hypocris, quia quis factis vita integratatem, & sanctimoniam singulis humilis, cupiens, & studens bonus haberi, & predicari, labiorum hiunc letham culpam in eff. cum proximo gange dannum infertur, aut grande aliquod imminet peccati periculum, aut cum in depravatum finem, animum, & mente incedimus, ergo nisi excolis tenti solum esse veniale. Leonardus Loffus lib. 3. cap. 47. sub 6. num. 45. dicit esse solum veniale, sicut mendacium, & iactancia: & solum ex adiunctis esse mortale, colligitur ex Nauar. cap. 23. num. 13. & Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 3. num. 2. & 3. vbi falsi laudatum peccari mortali condemnant, si aduersus inde graue dumnum oriri taceat, immo aliquid subdunt Sanchez & Nauar, nec veniale esse falsis iudicabunt non contradicere: dummodo illis, quae falsa sunt, non delectaris, sed quia per opinionem, tisi falsam, quam habent alii de tua virtute, que non statui necessaria erat, vitetur scandala.

## P V N C T V M . XII.

An reprobantibus duobus peccatis, voluntati, v.g. homicidio, & leni mendacio, teneatur voluntas virtumque respovere, vel possit absque peccato unum praeterea ampliari,

1. Propositur dubitatio.
2. Litteram esse electionem minoris mali comparatione maioris probat Sanchez.
3. Peccatum ejus electione minoris mali in supradicto casu.
4. Non est peccatum aduersus electionem, sed aduersus virtutem, quia cum pugnat malum electionem.
5. Qui minus malum eligere scelus minor, aduersus illam virtutem peccaret, aduersus quam est malum electionem.
6. Solvantur argumenta n. 1. postea.

Fid. de Castro sum. Mor. Pars I.

<sup>1</sup> Ceterum est voluntatem utrumque respovere debere, si id possibilis est; quia utrumque malum est; ac prius videtur. Controversia igitur est an ea, que determinata sit utrum respovere, possit eligere aliquod peccato hunc actum; si peccatum à me admittendum esset, eligere potius leue mendacium, quam homicidium?

<sup>2</sup> Affirmat Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 10. à num. 25. licet an illa habeat hanc electionem, seu praelectionem minoris mali, comparatione maioris, iniquum tamen, si minus malum eligatur. Mouet enim primus, quia hic non absolutè vult eligere minus malum; hoc enim est iniquum, sed vult eligere, causa quo fragilitas sua unum è duobus illis peccatis esset determinandum eligere: sed eligere minus malum comparatione maioris, est recta electio. Ergo Confirmatur. Litterum est determinatum, unum è duobus peccatis efficiere, consilere, ut minus eligat, quia tunc non constituit absolutione malum, sed electio minoris, quia bona est. Secundò esti charitas ne obligat vitare in proximo quocunque peccatum, at ubi ipse determinatus est unum è duobus eligere, teneat actiori vinculo minus vitare. Ergo etiam teneris in te ipso actiori vinculo minus peccatum vitare. Ergo voluntas, eligendi minoris maiori potius quam maioris, bona est, & sub pracepto. Tertio hic actus, si inihi intendendum esset, aut neganda fides, eligere negare fidem, esset gravissimum peccatum; at non esset peccatum, nisi quatenus opponitur pracepto de minoris mali praelectione: siquidem voluntas summae ad non peccandum est determinata. Quartò, quando duo praecipa incompatibili concurrunt, datur priori praecipuum eligandi, quod grauius est, & quod grauius malum erunt. Ergo idem est, quando ex voluntate, quae concinit in has angustias, quia necessitas non efficit praecipuum de vitando grauiori malo, sed illud supponit. Haec sunt praincipia argumenta, quibus Thomas Sanchez mouetur, contentus pro tua sententia adducere. Sotum 4. dist. 17. quæf. 2. articol. 4. in 5. consil. Barthol. a Ledet. in summo sacramento, tractat, de penitentia, ubi de contritione, difficultate, & col penitentia. Matrimonium de Ledet. 2. part. 4. quæf. 2. art. 13. par. 3. par. 1. p. 1. p. 1. principium. in 4. proprie. Suarez tom. 4. in 3. par. disputas. 3. section. 10. num. 7. Petrum de Ledet. in summa tractat, de penitentia, cap. 6. p. 9. consil. fol. 4. 38. verba de dicto sequuntur. Qui tamen, meo iudicio, non negant electionem minoris peccati, etiam facta illa suppositione, peccatum esse: (ed solum dicunt non esse peccatum distinctum, neque habere malitiam distinctam ab ea, quam haberet, si per se eligeretur, & non comparationis facta: confessio sententiae Sanch. integræ Bonac. disp. 2. de peccat. q. 4. punct. 4. proprie. 5. num. 25.

<sup>3</sup> Tripli conclusione meam sententiam declarabo. Affirmo primò dicentem, si futrum, vel leue mendacium ego determinatum committere, eligere potius mendacium, quam homicidium i peccare peccate mendaci, quoniam tunc habeat voluntatem utrumque vitandi. Probabo, quia esti eligere minus malum, ad evitandum minus: at absolutè malum eligit, sed electio libera maius nonquam potest esse bona. Ergo. Quod longè altere libet in confutante, in cuius potestate non est, dimouere proximum ab vitroque peccato, ideo recte facit confutare, ut minus malum illud: at in eligente, ut bene dixit Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 3. art. 1. o. num. 3. semper habet in potestate tua utrumque vitare, neque fieri potest, ut commissus levioris peccati, sit necessaria ad vitandum grauius, quia ex aperta contradictione, & ideo in ipso eligente nunquam illa actus potest esse bonus. Confirmatio. Illa suppositione, si determinandus esset ad mendacium levum, vel ad homicidium, nullo modo tollit malitiam, sed illo actu, quo dicitur te electurum esse mendacium, quia non tollit malitiam mendaci, determinatio enim tuæ voluntatis ad unum è duobus committendis, non immutat obiecta, neque illa altera quam sunt, supponit. Ergo, item cum dicitur si esti laicus, & non Sacerdos, me vindicarem, peccas peccato vindictare, quia esti habebas voluntatem ab solutum nunquam te vindicandi, habes tamen voluntatem illius sub conditione non auferente eius malitiam, ac proinde peccas, ut omnes fatentur: sed eodem modo te habes in praetenti, sub conditione enim, quod determinandus esset ad unum è duobus ad homicidium, vel ad leue mendacium, dicens te electurum mendacium, peccas quidem eligendo mendacium, quia illa suppositio tua determinationis non tollit mendaci malitiam, quia & libera est, & mendacio extrinsecus.

<sup>4</sup> Dico secundò, posita fictione supradictæ comparationis, in qua minus peccatum relatio maioris eligitur, tamen electio minoris peccati non habet malitiam aliam distinctam ab ea, quam habet minus peccatum. Haec conclusio à nemine negari potest: immo hoc est, loùm, quod Doctores relativi à Sanchez videntur docere; cum tantum dicant facta illa comparatione facta, potius minus malum quam minus est admittendum, non tam dicunt in illa electione libera minori, malum non esse, sed non esse malum aduersus praecipuum electionis.

<sup>5</sup> Dico tertio, qui sub illa comparatione homicidium eligere.

G omisso

omissio seu mendacio, peccates sive morali peccato homicidij: at non credo aliam malitiam habere. Quod peccati mortaliter, constat ex prima conclusione, & expresse omnes Doctores admittunt: quod vero non habeat aliam malitiam, inde probo: nam si aliquam habet, maximè aduersus præceptum, quo cauetur ex duobus illis malis minus esse eligendum, sed in praesenti nullo est tale præceptum: liquidein qualibet suppositione facta verumque vitari impetratur. Ergo, Deinde vitare homicidium, potius quam leue mendacium ipsamet iustitia virtus obligat: qualibet enim virtus quo gravior est, & excellenter, eo ita obligat ad sui obiecti obseruationem. Ergo non est necessaria alia obligatio distincta. Ergo qui vult committere homicidium, potius quam leue mendacium aduersus iustitiam peccat.

Sed quid dicendum, cum inter duo peccata mortalia eligi? Respondeo: semper te peccare mortaliter, quia semper teneris virate verumque qualibet suppositione facta. At peccas solùm aduersus illam virtutem, cui opponitur peccatum, si de facto committetur: unde pro qualitate virtutis est maior, & vel minor obligatio: semper enim fides, v.g. fiduciae excellenter est. At cum te determinas vnuam est duobus violare, & te soluis violare fidem, solùm aduersus fidem peccas, quia fides est, quae te dicitur magis esse ipsam exuandam, quam fiduciatem. Neque enim necessaria est alia virtus, quae hoc dicit.

Argumenta pro sententi Sanchez ex dictis manent soluta; qualibet enim determinatione facta semper est malum eligere peccatum levius; non tamen est malum confundere eligendum, quia non constituit eligendum minus malum, absolute, sed diminutionem maiorum, cum in potestate confulens non sit virtus que vitare, sicuti est in potestate electoris.

Ad secundum concedo te teneri auctiori vinculo peccatum gravius vitare, quam leuius; non tamen inde inferri, si eligas leuius, non peccatum: peccabis, inquam, sed leuius.

Ad tertium concedo illum actum negandi fidem esse grauissimum, & aduersus fidem, quia sufficit sub conditione non auferre malitiam velle fidem negare.

Ad quartum: quando duo præcepta incompatibilis concurrent, si recte expendatur, non datu præceptum eligendi, quod grauiss est, quia ibi tuus non sunt duò præcepta, sed vnu tantum; aliud enim cessat, quia potetur alia circumstantia, quia postea cessat obligatio. Verbi gratia, adegit præceptum audiendi Missam, & simul necessitas succurrendi infirmo, cessat omnino præceptum audiendi Missam, quia ponitur aliqua circumstantia, quia cum non obligat: at in praesenti casu supponimus verumque præceptum de facto obligare, neque viuis obseruantiam alterum excludeat. Ergo virtus est secundum. Ergo si vnu ex illis viles, peccabis.

### DISPUTATIO III.

De Peccatis, qua est de eorum distinctione, granitate, & pennis eis annexis.

#### PVNCTVM I.

Vnde distinctio peccatorum sumenda sit.

1. Nesciatur questione.
2. Multiplicitas ex parte præcipientia non multiplicat peccata.
3. Obiectiones aliquot proponuntur, & diluntur.
4. Quoties est distinctio formalis, non materialis rei præcepta, est peccatum distinctum.
5. Proponuntur obiectiones, aduersus distinctam doctrinam, & illis sit scia.

**R**INCIPIVM constitutum euiscumque rei est principium distinctum illius, ex Philosopho: cum autem constitutum peccati, ut est precedenti disputatione constat, sit dissonantia cum natura rationali, quotiescumque haec dissonantia numerico, vel specie, ita Azor, tom. I. dist. 1. q. 1. cap. 1. moralium, lib. 4. cap. 1. q. 5. 6. & 7. Valent. 1. 2. disp. 5. q. 2. p. 1. pun. 1. Valquez disp. 5. 8. cap. 2. & 1. Salas 1. 2. tradi. 13. disp. 3. se. 1. num. 16.

Dificultas autem est, an quoties multiplicantur præcepta, multiplicentur dissonantiae, & consequentes peccata?

Et dicendum est præceptum multiplicari posse, vel ex parte præcipientis, vel ex parte rei præcepta: ex parte præcipientis multiplicari, quando ab eadem persona plures præcepta reperiuntur: à diuersis, quando eadem res à diuersis præceptis.

præcipiuntur, vel à Deo, & creaturis. Ex parte rei præcepta multiplicantur præceptum, quando multiplicantur res, quae præcipiuntur.

2. Dico ergo primò, sola multiplicitas ex parte præcipientis, non multiplicat graviter dissonantiam rationis, ita ut necesse sit confitenda: Proba, quia haec multiplicitas non facit esse præceptum multiplex, formaliter. Iedolus facit præcipientes esse multiplices: Ego non potest haec multiplicitas diuersam obligationem constitutere; ac proinde neque diuersum peccatum necessarij in confessione manifestandum: ita tecet Azor, q. 5. cap. 9. 4. pun. 3. m. 1. 10. & seqq. coroll.

Ez haec conclusione infero omittentem ieiunium in vigilia aliecius Sancti concentri in Quadragesima, & sacrum die S. Petri occurrentis in Dominica non peccare duplice peccato necessario manifestando, sed satisfacit præcepto confessio, si dicat semel violasse ieiunium, vno die finito factum omisisse; sicuti satisfacit clericus, qui dicit se omissole recitat vno die, etiam ratione ordinis faci, & virtus vel plurimum beneficiorum obligatio fuerit. Ratio omnium est, quia omnia illa præcepta candem rem præcipiunt: ita Valquez disp. 9. cap. 2. Salas tradi. 1. 3. disputat. 3. se. 2. num. 17. Azor. lib. 4. cap. 2. q. 5. 6. Sanchez alios referens lib. 9. de matrib. disp. 15. num. 5. & 6. lib. 1. In Decalog. cap. 14. num. 9. Henriquez lib. 1. summ. cap. 5. §. 6.

3. Sed obiectes. Præceptum est actus intellectus, & voluntatis præcipientis, sed non potest esse idem actus intellectus, & voluntatis quando præcipientis sunt diuersi, v.g. homo, & creatura, Pontifex, Episcopus. Ergo neque potest esse idem præceptum. Ergo est multiplex. Ergo violatos illorum violat multiplica præcepta. Ergo multiplex peccatum committit, ac proinde tenuerit confiteri.

Scundò quando tibi ab uno superiore præcipiunt audire Missam, & alius independenter ab illo id ipsum tibi præcipit, quodlibet mandatum ex his te integrè obligat: liquidein quilibet deficiente magis obligatus. Ergo omittens Missam, verumque præceptum violas, non enim est maior ratio de uno, quam de alio. Ergo dupliciter peccas.

Tertio nego, non potest omittentem sacram à Deo, & ab Ecclesia præceptum inobedientem esse Deo, & Ecclesiæ. Ergo grauiss peccat, quam si solam Ecclesiæ, vel Deo inobedientem fore. Ergo saltem ratione huius grauiss ritebuit manifestata in confessione à quibus fuerit sibi præceptum impositum.

Facilis est horum solutio.

Ad primum dico esse quidem diuersum præceptum Pontificis, & Episcopi, non formaliter, sed materialiter, quia unus alteri non superaddit obligationem nouam, sed eandem vrget.

Ad secundum concedo quodlibet mandatum ex his te integrè obligare: at quia ad idem formaliter obligat, non peccas duplice peccato, sed uno, sicuti si ab Episcopo, & Pontifice lata esset excommunicatio ob furum in Ecclesia commissum; si committeres futurum, non duplice excommunicacionem, si vnam contraheres.

Ad tertium concedo omittentem factum à Deo, & ab Ecclesia præceptum, esse inobedientem Deo, & Ecclesiæ, non formaliter inobedientia, sed generali, quatenus omnia peccata dicti possunt esse contra obedientiam, vel charitatem, aut gratitudinem: at quia pluribus es inobediens, concedo te aliquo modo grauiss peccare, sed non est grauiss tanke considerationis, ut necessario manifestanda in confessione sit, quamvis concederemus circumstantias notabilitate aggrauantes esse in confessione manifestandas.

4. Dico secundò. Nulla est alia distinctio peccatorum, nisi secundum distinctionem præceptorum. Vnde si ex parte rei præcepta sit solùm diversitas numerica, peccatum solùm numero multiplicatur, & diversitas specifica, peccatum diuersum est in specie. Conclusio est manifesta: nam cum peccatum sit transgressio legis, & lex sit diuersa, quories res præcepta diuersa est, efficitur sane omittentem quamlibet rem præceptam distinctum peccatum efficiere. Hoc autem intelligi debet de distinctione rei præcepta formaliter, non materialiter, non enim ex diversitate materiali obiectorum, videris diversificari peccata: qui enim prodigus esset expendendo aurum, non committeret diuersum peccatum specie, si spenderet argentum. Idem in plurimis sententiis contingit in intemperania ex diuersitate ciborum, non enim attendi debet materia obiectum, sed formaliter præcepti, diuersitas enim materialis conduced ad diuersitatem numericam actus, non ad speciem: ita communis sententia Azor, tom. 1. lib. 4. cap. 2. q. 5. Valquez disp. 9. 8. cap. 2. Valent. 1. 2. disp. 4. q. 2. p. 1. Salas tradi. 1. 3. disp. 2. se. 1. num. 9. & 14.

5. Sed obiectes primò. Unico præcepto plura diuersa mandari possunt, præcepto enim iurandi prohibetur iuramentum falsum, iniustum, oriosum; & præcepto non forniciandi, prohibetur fornicatio, adulterium, pollutio, bestialitas, & tamen haec omnia differunt species. Ergo diuersitas peccatorum non requirit diuersitatem in præceptis, sed solùm diuersitatem in re præcepta.

Secundò

Secundò obitio. Eadem res duplici via prohibeti, vel p̄cepti potest titulo inquam religionis, & iustitia ut contingit in p̄cepto prohibente futurum rei sacrae, titulo pietatis, & temperante, ut in fornicatione cum consanguinea, titulo, & statutis & iustitia, ut in fornicatione cum vxorata, sed tunc committent futrum rei sacrae, vel fornicatione cum consanguinea, duplex peccatum commititis necessariò in confessione manifestandum. Ergo multiplicitas peccati non requirit multiplicatam.

Tertius contingit multiplicari rem p̄ceptam formaliter non multiplicari peccatum numero, ut contingit, si feminam aliquem, aliquaris, deosculum plures, & rem cum illa habebas, quodlibet ex auctoribus est peccatum distinctum, & tamen non est necessariò in confessione manifestandum: ut tunc commissis sententia. Ergo non ad multiplicitatem rei p̄cepta peccata multiplicantur.

Ad primam obiectum concedo unico p̄cepto materiali, seu vaica propositione plura diversa prohiberi, sed hoc non collit, quin & quia aliter, & formaliter plura p̄cepta dicunt: alia omnia, que Deus prohibet dicuntur unico p̄cepto prohibiti, si quidem unico indumentib⁹ actu prohibet; tali⁹ enim, ut dicuntur esse plura p̄cepta, si res p̄cepta ita distincta sunt ut qualibet leonis possit suo p̄cepto prohibiri.

Ad secundam, ibi se ducimus item p̄ceptam, vel unam rem habet aliqua diversa circumstancia; ratione enim iustitia prohibebat futrum cuiuslibet rei, sive sacrae, sive profanae, ratione enim religionis prohibebat specialiter futrum rei sacrae, quod certè distinctum est: nam respectu iustitia rem sacram est, vel non est per accidens; solum enim respicit, ne alienum, contra voluntatem dominii accipiat: ut respectu religionis est quidem per se esse rem sacram, quia religio non prohibet futrum rei sacrae quatenus futrum est, sed quatenus illo qualiter irreverentia, & indecentia, rei sacrae, & Deo dicata, idem est p̄cepto non forniciandi cum consanguinea, calitas enim prohibet quilibet fornicationem cum aliena. Quod vero sit consanguinea, vel non, non pertinet ad castitatem: ut pietas & reverentia consanguineis debita expolitatur, ne te illi impiger immigres; & proinde, quod est per accidens p̄ceptu calitatis est per se respectu pietas. Similiterque dicendum est de fornicatione cum vxorata, que est adversus castitatem prohibebat accessum ad non iuam quemque sit, & finaliter aduersus iustitiam prohibebat cuiuslibet iniuriam. Quare dicere possumus in omnibus his duplēcētē rem formaliter p̄ceptam: ea enim, que sunt per accidens prohibita respectu vnius virtutis, sunt per se prohibita respectu alterius.

Ad tertium respondeo, ex his quæ latius dicimus in tractat. de penitentiā distinx. i. de his quæ necessariò sunt confessio. Factor, inquam, quodlibet ex illis peccatum esse, & peccatum physicū distinctum: at quia mortaliter, & secundum communem distinctionem non distinguuntur; sed ad idem sunt: ideo declarata copula, omnia illa quæ communiter contingunt, confessio declarata, & de osculis, & tactibus corporalium p̄cedentibus ferè omnes affirmantur, non esse necessariò facienda, ut videtur et apud Nauarum cap. 6. numer. 18. §. inferior, aliquæz 1. tom. 9. disputat. 75. cap. 2. fine, & de penitentiā, quaf. 1. articul. 1. lib. 5. numer. 3. Azor. tom. 1. infit. moralium, libr. 4. cap. 4. quæst. 6. Suarez. tom. 4. in 3. part. disputat. 12. section. 5. numer. 26. At de osculis, tactibus & collocacionib⁹ subfrequentib⁹ copula, cito Vasquez, & Suarez supra, existimare necessariò est facienda, quia sunt initium alterius copole: ut si ab ipso anno illius sunt, existimo fatis probabile non est: necessariò facenda, quia videtur esse complementum copulæ pietatis, & non initium alterius: & sic declarata copula, omnia, que regulariter euenient solent, intelliguntur declarata, & licet aliquando id non contingat, est per accidens: Nauar. in cap. confidere, de penitentiā distinx. 5. numer. 4. & in summ. cap. 6. numer. 17. generaliter dicit actus: qui p̄cedunt, vel sub equitate communiter ad actum principalem peccati, non esse necessariò in confessione manifestandos, ut si quis alterum occidat, & statim gaudeat; latet, vel de illo colloquatur, a nisique ostendat tibi placet, quia hæc communiter concurrit. Henriquez lib. 5. summ. cap. 5. §. 5. vbi comment. dicit esse communem, & cap. 8. num. 3. Azor. tom. 1. infit. moralium libr. 4. cap. 4. quæst. 6. fine, Salas tractat. 13. dispu. 5. section. 8. num. 2. circa finem. Quod vero loquitur Sanchez dispu. 6. section. num. 3. addit. supradicta est vera, etiam si magna intercelerit interruptio temporis inter copulam, & consequentiā ad illam; dummodo ad alia negotia qui commisit fornicationem, non le diuerter, sed in eodem statu, & hæc permaneat, detinens feminam, ad deosculandum illam & colloquendum, vel si forte feminam dilectissimam, ex virtusque conventione expectet redditum, ut iterum deosculandum illum nullo modo mini probat, neque Nauar. quem pro se audiuit in cap. confidere, id dicit sed solum dicit in suā iuxta edit. Lugdunens. 1597. cap. 9. num. 17. versic. inferior septima, Ferd. de Castro Sum. Mord. Pars I.

femel tantum peccare quoad necessitatem confindit, qui post viam fornicationem cum amica habeam, tamen oculatur, non ad iterandam fornicationem, sed ad maiorem delicationem, quia omnia illa oculata videantur consequentia fornicationis, & rei iam habitæ. & in cap. consideret, num. 48. fine, sequitur p̄ambula, & consequentia ad copulam, & ea, in qua quis uno impietu fertur quæ omnia intelligi debent de immedietate consequentibus copulam, quæque potius sunt copula complementum, quam alterius initium; ut tacitus, & oculata longo tempore post copulam subsequentia, nescio quæ ratione possit dici esse completematum illius, & non via alterius.

Vnum tamē est omnino dubitatum apud omnes, eorum unum non esse viam ad alium, ac proinde etiam si mox post alium sequatur, necessariò est peccatum distinctum in confessione manifestandum.

## P V N C T V M II.

Vnde distinctione numerica peccatorum non solum in esse physico, sed morali, & in ordine ad confessionem desumenda sic.

1. Proponitur ratio dubitandæ.

2. Resolutur.

3. Respondetur rationi dubitandi.

Non leui est difficultas, quando peccata quoad numerum mortaliter censentur multiplicari. ut tecum in confessione ea manifestare, & declarare. Ratio dubitandi est, quia peccatum principale consistit in voluntate quam in opere extenso. Ergo multiplicata voluntate etiam opus extensem non multiplicetur, multiplicari debet peccatum. Ergo cum quis pergit hominem occidere, & ex hac voluntate parat equum, afflumit arma, querit inimicum, multiplicat peccata, nec in confessione satisficit, si dicat hominem occidisse, nisi huiusmodi voluntates declarauerit, necessarium enim est eas multiplicare, principale si aliquo tempore in ea duravit: Et confirmo. Demus te post aliquos dies pœnitentiæ voluntatis habuisse, & omnino ab illa cessare: satisficiens ne si dicas te voluisse hominem occidere, quia dicas, quoties voluisti, vel quo tempore perfuerasti in tali voluntate. Nemo credo audiret id affinare, cum quilibet ex illis voluntibus peccatum distinctum sit. Ergo etiam cum sequitur occidio, sunt haec voluntates manifestandæ, siquidem eorum malitia non obinde immaturatur. Adde declarata occidione non sufficienter haec voluntates declarantur: non enim ad quamlibet occidionem necessarium est tanto tempore in despiciata voluntate perfuerat: alia⁹ qui toto anno in ea persistet, & in fine illius eam executione mandaret, satisficeret dicendo se hominem occidisse, quia declarauerit in tali voluntate in tegro anno perfuerat.

Fatores prelium me esse hac difficultate. Nam ut recte dixit Nauar. in cap. confidere, in princip. distinx. 5. num. 13. vers. pone item. si quis velit occidere hominem subitanæ quædam voluntate, sed deliberata mortaliter peccat, si continuavit paululum illam certum est ex præi communi nondum teneti ad illam extensionem confitendum, neque si continuavit unam horam, neque duas, neque tres, si tamen octo dies vel mensis, vel annus conseruat, tenetur sane: quis Ergo determinabat temporis illam quantitatem, post quam tenetur & intra quam tenuerit;

a. Pro resolutione supponendum est aliqua esse peccata quæ interius consummatur ut odium, superbia, inuidia, hæc res, delectatio morosa: alia, quæ exterius perficiuntur, ut iuramentum falsum, idolatria, homicidium, fornicatio, futrum, &c. Si de peccatis, quæ interius consummuntur, sermo sit communiter. Doctores tradunt multiplicata voluntate, multiplicata peccatum, quia cum illa voluntates inter se non voluntari, neque vniuersit in aliquo effectu, qui causa sit talis peccati, non est unde unum peccatum dici possint. Ergo sunt plura peccata, ita docet Azor. tom. 1. lib. 4. cap. 4. quæst. 4. contentit Salas 1. 2. tract. 13. dispu. 5. section. 8. num. 89. Vasquez dispu. 75. cap. 1. num. 1. Nauar. summ. cap. 6. num. 1. Si vero de peccatis, quæ exterius consummuntur, loquuntur, dicendum est, voluisti occidere hominem, & in reuterius decreuisti à prava illa voluntate cessare. si postea iterum velis occidere peccas & necessario est manifestanda talis multiplicitas: quia postrema voluntas cum priori non continuatur, etiam in aliquo opere extero, cum fuerit per contrariam voluntatem retractata: ita Nauar. cap. confidere, in princip. distinx. 5. num. 48. irca fine. Emanuel verbo confessio cap. 5. num. 6. Salas alios referens. 1. 2. quæst. 7. 1. tract. 13. dispu. 5. sed. 8. num. 84. & tract. 7. di. p. 6. sed. 6. num. 3. conclusi. 1. Quod si non mutari voluntatem occidendi,

G 2 fed

sed perseuerasti in illa quousque occideris, tunc distinguendum est: si durante illa, voluntate ad alia opera te diuertisti, que via non erant occisionis, interrupisti ita voluntatem non solum interiorum, sed etiam exteriorum, ac proinde teneberis in confessione declarare, quod potes quiesceas interruptam voluntatem assumptam, neque fausfaeces dicendo te occidisse, quia omnes illae voluntates occidentur, cum non fuerint in aliquo opere, quod via fuerit occisionis continuae censeri non possunt continuare, ac proinde neque unum peccatum cum occisione efficeret, docet Sylvest. verbo peccatum. x. §. 2. Armilla verbo peccatum. §. 4. & plures recentiores. piove referat Salas tom. i. in 1. tractat. 7. disput. 6. section. 6. num. 28. fine. & 31. fine Bonacina disputat. 2. de peccatis. quæst. 4. punct. 2. num. 5. Valquez disput. 75. cap. 2. & 3. vbi quatuor modos appositis iterum peccata voluntatem. Primum per contrarium actum. Secundo per summum. Tertio per inaducientem. Quartus per diuersitatem ad alia opera. Qui omnes mili probant, nisi lomus faciat assumptum, ut medium ad prauam incautam exequendam: etio Emanuel verbo confessio. cap. 52. numer. 6. Lopez 1. p. instruci. cap. 3. & Graffis lib. 1. cap. 20. n. 14. & seqq. & alii quo sequitur Salas 1. 2. quæst. 7. tractat. 13. disput. 5. lett. 8. num. 8. 4. doceant solam interruptionem per actum contrarium, & non per lomum, & etiam efficeret nouum peccatum necessarium contundendum. Si vero voluntas occidentur non fuit interrupta alia voluntate contraria, neque aliquo opere ex parte, quod via non fuerit ad occisionem, sed perseueravit mortaliter, quousque hominem occideris, existimat se satisfacte obligationis confessionis, confidendo occisionem, quia declarat quo tempore duravit in illa voluntate, & quæ opera ad illius executionem assumptum suppono enim omnia illa opera non habere alieni malitiam, nisi à voluntate occisionis. Ratio est quia quando illa voluntas propter aliud, non censetur, nisi unum, vt ita dicitur. Thom. 1. part. quæst. 5. articul. fin. ad ultim. argumentum. Omnia autem illa opera, omnes illæ pravae volitiones, etiam in genere entis, & peccati [physicè loquendo] plura sint: quia ad occisionem ordinantur, & cum illa unum constituant, quia fuerint illius causa, sicut lapides, columnæ, & ligna, sunt causæ domus, ideo declarata occisione, censetur omnia declarata, factaque ad id textus in leg. 4. qui ff. de usurparion. & ita tenet Nauar. in sum. cap. 6. num. 16. 17. & 18. & in cap. considerat, in princip. distinc. 5. numer. 8. vers. ex hac limitatione. Henriquez lib. 1. de penitent. cap. 5. Bonacina dispe. 2. de peccatis. quæst. 4. pun. 2. num. 8. §. 3. Tolct lib. 3. cap. 7. & quæst. verbo peccatum. 1. §. 2. Salas tractat. 13. disput. 5. section. 8. num. 87. Admetit autem cum Henriquez hoc esse intelligendum, quando inter nos actus modica est distantia, & bene quia, quando plurima est, non potest voluntas ad alia non diuertiri quia media non sunt finis exercendi, ac proinde est facta interruptio mortalis.

Verum si occiso non fuerit sequita, eo quod tertactasti voluntatem, vel fuit tibi impossibilis cum tota illius peccati malitia sita fuerit in voluntate, necessariò obligatus es voluntatis multipliciter declarare, quia non habent, unde tales voluntates renuntiantur, & mortaliter unum sit: cum talis multipliciter declarari facile non possit, cum singulis momentis voluntatis renonciatur, debes declarare te toties habuisse voluntatem occidendi, quiesceas operâ aliqua extera diversa ad illum effectum assumptum, vel quiesceas voluntatem intelligi renonciare. Quod si tibi videatur audiuimus, & scropulis expostum, declarata tempus, quo in voluntate illa perdurasti, quia haec via videtur voluntates, sic Nauar. cap. 6. num. 18. Salas Valquez locis citatis, Bonacina num. 9. & in similis tractat Azor 1. tom. lib. 4. cap. 4. quæst. 4. fine.

3. Ad rationem dubitandi respondere præambula illa est in esse physice peccata distincta sive tamē secundum communem hominum estimacionem non reputantur distincta, sed idem peccatum cum occisione facta quia fuerit via, & causa illius, & nullo modo interrupta. Ad confirmationem, concedo antecedens, te obligatum esse manifestare voluntates, quas habuisti occidendi quando occisum non fuisti executus, quia tunc illæ voluntates non habent tertium, in quo sunt unum: at quando occiso sequuta fuit, esti eodem modo mala fuerint ea peccata, quia habent, sive continuentur, ideo non debent necessariò explicari.

Ad aliam confirmationem concedo non esse necessarium ad

quamlibet occisionem multiplicari tot opera, & voluntates, sed non obinde fit integrum anno, immo neque mens in eadem

voluntate perseueraturum, quia debet manifestare: nam sive

impossibile est quod ad alia opera, que via non erant occi-

sionis, non se diuertierit: quando autem interrupit voluntatem,

vel per contrarium voluntatem, vel per opus ad Executionem

illius non ordinatum, iam diximus manifestari tunc debere, &

esse peccatum, non solum physicè sed mortaliter omnino di-

stinctum necessario in confessione manifestandum.

### P V N C T V M III.

Inferuntur aliqua pro clariori intelligentia distinctionis specificæ, & numericæ.

1. Examinatur, an accipiens rem alienam, & apud se retinens plura distinxit peccata committit necessario in confessione manifestanda, & proponitur sententia affirmans.

2. Resoluuntur quæstio cum distinctione.

3. Satistfundamentis contrariis.

4. Proponitur se plura peccata committere necessario in confessione manifestanda, si eodem tempore plura iuramenta falsa proferas ad eandem rem consimilatam pluribus maledictionibus, vel plagiis inimicum officias.

5. Defenduntur convaria sententia.

6. Quid dicendum si diuersis consumeliosis verbis Petrum eodem tempore officias.

7. Quid si pluribus vel iratus plures eodem impetu vulneres;

8. Defenduntur esse plura peccata necessario manifestanda in confessione.

9. Coninguitur, si cum coniugata adulterium committat virrum que coniugium tenetur manifestare.

10. Religiosi, sacerdos, non teneat virumque manifestare, tum peccatum luxuria committit, sed sufficit si sacerdotium vel votum declaret.

11. Quid si votum castitatis est simplex.

12. Religiosi transgrediens superioris praecipuum dupliciter peccat.

13. Idem est scholasticus, cui res aliquin obligatoria precipitat, in virtute prefatis iuramenti.

14. Canas peccata qua ratione declaranda in confessione sit.

15. Quid dicendum de eo, qui in plures Sanctos balsphemavit, vel alieci familiæ maledictum,

16. Qui in die festo sapientia proponit non audire Missam, qui dicant non committere plura peccata.

17. Contrarium est dicendum.

18. Satisfit rationi contraria.

1. Ex his inferunt resolutio illius difficultatis, an accipiens rem aliquam, neque restituens multo tempore, teneat declarare, quo tempore accepit, & perduravit in illo peccato: Et videtur esse obligatum declarare, neque satisfacte dicendo te rem alienam accepisti, neque adhuc restituissis. Primum, quia perseuerans in concubinatu multo tempore tenebat declarare. Secundum, quia perseuerantia in peccato commisso auget peccatum. Tertio, quia gaudente de peccato commisso peccatum est distinctum, sed qui rem alienam vult non restituere, gaudent de eius retentione. Ergo, Quartio, si queretur, cum qui rem futurus fuerit, etiam si tamen ipsius contrahauerit, etiam si ab alio fuit, qui cum rem futurus fuerit, recuperauerit, diuersum peccatum non committere cum semper eandem habuerit obligationem restituendi, voluntate restituere.

Propter hæc aliqui dicunt quies vteris te aliena vel reuous voluntatem non restituendi vel adiutori alienum pollidere, esse distinctum peccatum necessario in confessione manifestandum: sic Nauar. sum. cap. 17. num. 95. §. ex quo, inferunt primi, Econtra vero docet Henriquez lib. 2. de penitentia, cap. 5. §. 5. Atagon. 2. 2. q. 62. articul. 5. dub. circa 2. argumentum dicto 2. Quand. 4. distinc. 16. propos. 2. 3. Si toto tempore quo rem alienam retinuerit, porro restituere, & nonnulli satisfacte, si dicas, te alienum accepisti, neque restituissis, quia non commisisti diuersum, distinctum peccatum, sed vnum longo tempore continuatum, retentio enim illa toto illo tempore vna est, & non diuersa, & ab eadem voluntate mortaliter existente prouenit. At duratio in peccato non est circumstantia necessaria latenta, quia neque mutat speciem, neque auget numerum, cum a re durante non distinguatur, tamē grauitatia sit, & in grauitate æquivalat pluribus peccatis: & indicat Azor tom. 1. in finit. lib. 4. cap. 3. quæst. 5. fine, quatenus solum cum vendit, & aliena rem futuram censet peccare futurum, quia tunc se impedit a restituione facienda, & videatur esse Nauar. in sum. Lurgdunen. 1. 97. cap. 6. n. 17. vers. sic addimus secundo, ubi dicit, qui futurus est infante, qui apud eum adolevit, vnum futurum fecit sic dicunt expositando, insans de furt.

2. Ego vero existimo dicendum primo, si decreuerit restituere, & postea boni propositi penitens perfitas in retentio, manifestum est te peccatum diuersum committere. quia iam effusit illa retentio illa voluntaria. Secundo, si impotens factus es restituere, & postea potens non restitus, committit peccatum distinctum, quia per impotentiam, restituitionis discontinuitatem fuit prior voluntas, cum iam retentio non fuerit peccaminata, ut antea & in his fuit omnes couenienter. Tertio, si postquam rem accepisti animo retinendi, ad alia te diuertas, neque cogitis de retentione. & itegum recordatus retentiois

retentio, adhuc non restituis, credo te de novo peccare, & tanquam novum peccatum manifestandum fore in confessione probo, quia tunc voluntas retentio est nova, neque cum priori continuata. Ergo est novum peccatum. Et coquimmo: tunc illo tempore, quo non aduersit, neque potes aduersit te alienum retinere, retentio non est tibi actualiter voluntaria: neque est voluntaria in aliquo effectu, qui sit causa illius. Ergo cum de novo sit voluntaria, de novo sit peccatum, se proinde necessariò confundendum. Dices, si post futrum dormiam, & post somnum aduersit te interierit, tunc interrumptum retenzione: nam durante somno retentio fuit involuntaria. Concedo tamen: neque obinde sit semper somnum interrumptum voluntatem: nam aliquando sumitur, ut medium exequendi idem: at in retenzione nunquam, ut medium alium potest, quia non indiget positiuo influxu. Ut sit, eaque de causa, quae liber inadvertentia voluntate interrupitur: & ita tenet Valquez 1.2. disp. 75. num. 14. & 15. Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 22. sect. 5. n. 32. opimè Fernand. Releli. de oblig. iustit. I. part. lib. 2. de reposit. quæst. 17. sect. 2. præcipue conclus. 2. num. 7. & 8.

3 Rationes contrarie leues sunt.

Ad primam dico, persecutantiam in concubinatu manifestandum esse, quia non persecutatur in una copula, sed in pluribus, qualibet enim copula ab alia est distincta, neque una cum altera continuatur.

Ad secundam concedo, persecutantiam in peccato augere peccatum, sed quando augmentum non constituit peccatum diversum, non est necessariò in confessione manifestandum.

Ad tertiam concedo, gaudere per delectationem mortalem de fato commiso, illi novum peccatum: at gaudere per voluntatem effacere non est, peccatum distinctum à voluntate reperiendi, nisi adit aliquis interrupcio.

Ad quartam concedo, contractantem sepius rem furrium in sua, inquam, potestate existentem, non est peccatum distinctum, sed idem continuatum, quando ex contractione non rediut res deterior: modo etiam probabile est non esse peccatum distinctum, sed idem: quando a fute, qui tibi rem surripuit, recuperabit, quia tempus est eiudicium rei retenzione, seu non restituatio, videtur que decimus in iei. quæst. 6. l. infuscando, q. infraff. de furii, & tradit expedit Azot tom. 1. iustit. moral. lib. 4. c. 4. quæst. 5. fine. Ioan. Sanchez disp. 6. select. n. 1. Salas 1.2. tract. 3. disp. 15. sect. 8. n. 90.

4 Secundò inferitur, quid dicendum, si eodem tempore ad plures maleficiis in aliis iacteas, plura iuramenta falsa ad ali quam rem confundam proferas, plurius plagiis inimicum officias, plures famam eodem tempore desuleris, an, inquam, tunc plura peccata numero distincta officias necessariò confunda? Ratio dubiæ est: quia quodlibet ex his iuramentis, plagiis, & maledictionibus, & oculis, etiam si aliud non sequeretur, effet peccatum consummatum iuretius, & exterior. Ergo quodlibet ex his est distinctum ab alio, neque cum alio continuatur. Et confirmo: si hæc maleficia, & iuramenta plura effent diversi temporibus, qualibet ex illis maleficiis, & iuramentis constitueret peccatum consummatum distinctum. Ergo quod facta fuerint successivæ vnum post aliud, non impedit hanc multiplicatatem, sicut in pollutione, & fornicatione, non impedit eorum multiplicatatem, esto successivæ fiant.

5 Verum communis sententia est, hæc non reputari peccata distincta, sed idem peccatum numero: sic Azot 1. part. iustit. moral. lib. 9. cap. 8. quæst. 15. Ratio est, quia omnia illa iuramenta consummata eodem tempore vñcam falsitatem, maledictiones idem inimicem imprenantur, percussiones vnum vñcam constitut: quod non leuitate confirmari potest ex negatione D. Petri: ter enim dictus est negasse Christum: neque absque cimeritate, aut creto, ut dicit notius doctissimus, & omnibus facilius merito laudans Ioannes Maldonatus Matth. 26. num. 1. dici potest sepius, quam ter negasse, attamen singulis vicibus plura iuramenta, & attestations prorulit, ut optimè ipse Maldonatus, expendit num. 70. 72. & 74. Primo enim interrogatus, quasi dubitaverit ab ancilla, an esset ex disciplinis Christi, respondit: non sum; ut dicit Ioan. at cum ancilla inflare, & dicere affirmaret, Et tu cum Iesu Galilæo eras. Respondit ipse: neque noui illum, neque sibi, quid dicas, ut Matth. Mate. & Lucas scribunt. Secundo vero interrogatus adhibuit iuramentum. Tertiè examinatus superaddidit: execrationem illam quam sapè ingeminavit, quod confitit ex illis verbis, cap. de sefaris; quatuor sapè, & multis modis execratus fuerit, ideoque dixit Marcus execratione vñcam fuisse. Secundò probatur ex cap. rur pro causa de sententi excommunicatione, vbi ob verberationem clerici fætam in dormitorio, & continuatam per claustrum, vñcam excommunicatio contrahitur ratione verberationis: esto plures quam semel percussus sit, quia omnes illæ percussiones reputantur vna. Et licet in textrum videatur duplæ excommunicatione et illum iugatum esse: hoc non est ratione tollus percussions, sed ratione violationis Ecclesiæ, vide glossam. Confirmat hanc sententiam Ioan. Antedicas reg. delictum, col. penitus. de reg. iuris lib. 6. affirmans Ferd. de Cairo Sum. Mor. Pars I.

enum, qui ter pugione clericum percussit, continuatis vulneribus, vñam tantum excommunicationem contrahere, quia reputatur vna percutio: facit cap. Letharius, adiuncta gloria verbo appellavit, 3. quæst. 2. vbi dicitur eum, qui vno, & continuo impecu appellavit bis, vel ter a sententia, semel appellasse dicitur, & t. cum quæst. C. de legatis §. sed & alia, dicitur, qui eandem rem cuiquam in testamento, bis, aut ter legavit, proinde est, si semel legauerit: & ita hanc sententiam docet expedit Nauar. in summ. cap. 6. n. 17. & in cap. considerer in princip. de penit. disp. 5. num. 48. vbi ex quibus Henriquez 2. de penitent. cap. 5. §. 6. & cap. 8. §. 3. Bonacón, disp. 2. de peccat. 2. 4. punct. 2. num. 11. Simanches de Catholic. institut. cap. 8. fin. Couar. 2. variar. cap. 10. num. 8. Salas alios referens 1. 2. tract. 13. disp. 5. sect. 8. n. 86. & 90. & tom. 1 tract. 7. disp. 6. & 6. n. 39. §. dico spissimè Azot 1. tom. lib. 4. cap. 4. quæst. 5. & 10. Sanchez in select. disp. 6. n. 1. 2. 4. & 6. indicat Valquez tom. 1. de penitent. quæst. 9. art. 1. dub. 4. num. 8. quatenus dicit vñam peccatum committere, qui alius lancea ter vulnerauit, vno, inquam, actu, id est, vno iracundia impetu, & tom. 1. in 1. 2. disp. 75. cap. 2. fine, dixit vñam esse peccatum plures terminam deosculari laesum, vel tangere in eodem tempore, qua in vno opere exteriori continuatur, videlicet in persecutantia conuicti: cum feminæ permanente periculo.

6 Sed quid si Petrus diuina verbis contumeliosis officias eod in tempore, si nomines illum latronem, adulterum, homicidiam: esti: ne diversum peccatum, qualibet ex his contumeliosis? Communis est sententia esse plura peccata, & necessariò in confessione manifestanda, quia est diversa species iniuria, sicut si vocates latronem, & simul persecutes, sic Azot. tom. 1. lib. 4. cap. 4. quæst. 5. conferens Salas tract. 13. disp. 5. sect. 8. num. 90. Ioan. Sanchez in select. disp. 6. num. 1. Suarez tract. 3. disp. 6. de charitate opusq. sect. 2. num. 3. Nauar. cap. 6. summ. n. 18. vbi, in tertio secundo?

Nobilissimum Bonacón disp. de peccat. quæst. 4. punct. 2. n. 12.

ceret non esse plura peccata, neque in confessione debere explicari: quia cetero est in iure diversæ rationis, amic in ratio ne iniuria, & contumelia concubunt: sicut si à Petro fuius essemus equum, vestem, & armam, non teneris explicare ea in confessione, sed sacrificares insufficient declarando quantitatem, quia in ratione furti, omnia illa eiusdem rationis sunt, sic videntur esse in ratione contumelie: alia semper deberes in confessione explicare, quibus omnibus proximum dehonesta, quod certè non est apud confessarios latè receptum; & hæc sententia probabilitate inservi potest.

7 Tertio infertur, quid dicendum sit, si existens in peccato mortal, plurius eodem tempore faciat: ministres, vel irritus plures vulnera, etiam eodem iactu, vel prohibitus ludere, ludas cum pluribus continuatur per noctem?

Forte placet alii hæc omnia vñam esse peccatum, neque obligacionem habere sic operantem distinguendi in confessione, quos fuerint personæ, quibus malè sacramenta ministravit, quale vulnerauit, quibus cum lusit; sed satisfaciens, si dicaris, malè semel administrasse sacramenta, vulnerasse hominem graviter, laesisse, cum prohibitus fuerit: & de hoc ultimo calu id tener. Azot 1. tom. summ. lib. 4. cap. 4. fine. Ioan. Sanchez. disp. 6. select. n. 1. Nauar. in cap. considerer, in prime de penit. disp. 5. n. 48. vbi ex quibus, & docuit Batt. in l. infuscando ff. de furii.

8 Verum tam in hoc, quam in aliis casibus tenendum est, esse plura peccata necessariò in confessione manifestanda, tenet Valquez 1.2. disp. 98. cap. 3. n. 9. Probo, quia ad multiplicatatem perdonationis multiplicantur actiones, neque vna cum alia vñcam efficiunt, quis enim dicit administrationem facientem Petrum factam, vñam compondere posse cum administratione facta Ioanni, & vñluso Ioanni iusfactum pertinet aliquo modo ad vñluso Petri? Et idem est de Iudo; qualibet enim ex his actionibus omnino independens est ab alia in esse peccati, & totam in suo genere malitiam compleat habet, sicuti habet fornicatio cum diuersis personis, & probari potest ex doctrina Bartoli in l. infuscando, q. infraff. de furii, n. 5. cum qui vñluso certi vii mentrum decem numeris, stante lege, quod solis octo vendatur, toties delinqute, quoties vendit etiam eodem die.

9 Quartò infertur, an coniugatus habens tem cum alia uxori, debet utrumque coniugium explicare, vel satisfaciat dicendo in confessione adulterium commissum? Probabile reputat Salas in editione Complutensi verbo confessio, n. 30. non esse necessariò manifestandum: & posset probari, quia esse utrumque coniugatum, aut esse vñum, non variat specie in adulterio, neque numerum illius, sed solùm auget eius gravitatem. Ergo non est necessariò manifestandum in confessione. Tenenda tamen est contrafactual sententia, tanquam certissima, debet, inquam, se manifestare, utrumque coniugium, quia actus iste vñcam numero in esse physico, & mortali fornicationis: ai in ratione adulterii, seu iniusticie duplex est, & duplice malitiam continet, eo quod duplex iniuria duabus personis infertur, ita Valquez 1.2. disp. 98. cap. 3. n. 9. Salas plures referens tract. 3. disp. 3. sect. 2. num. 19. Nauar. summ. cap. 6. n. 5. vbi, quartuò infertur, fine.

10 Quinto infero, quid dicendum de religioso habente ordinem lacrum, & violante castitatem?

Respondeo non esse obligatum manifestare virumque, sed sufficere, si dicat se esse religiosum, vel ordinem sacrum habere; quia ordo facit non obligat ad castitatem seruandam, nisi ratione voti in eo inclusi, que est obligatio eadem cum obligatione voti in professione facti. Ergo declarata qualibet illarum, sufficienter declaratur rota malitia peccati, ita Medina 1. tom. sum. cap. 14. §. 8. ver. 3. Manuel Rodig. 1. tom. cap. 53. conclus. 4. num. 5. & cap. 195. conclus. 2. num. 2. Azor 1. lib. 4. cap. 2. quast. 6. fine. Salas 1. 2. quast. 7. tract. 13. disp. 3. section. 2. n. 21. vbi alios referuntur.

11 Sed quid si habeat votum simplex castitatis & insuper soleme ratione ordinis sacri, satisfaciebat, si dicat se peccasse aductus votum castitatis, tacens esse soleme?

Respondendo satisfaciebat: tunc quia votum simplex à solemine non differt essentialiter, sed solum accidentaliter, ut latius in materia de religione: tum & praecipue, quia isto votum soleme castitatis differt specie à simplici, eo quod inhabet redditum hominem ad matrimonium, & ad alios hinc: ut ad seruandam castitatem eodem modo, & sub eodem fine obligat, scilicet ne irreuerentur Deo frat, si non fuerint, quod ei promissum est: quia propter in erroribus, qui clericis, vel voluntariis, ait Celestinus votum soleme non magis obligare apud Deum, quam simplex. Idemque traditur in 1. 2. tit. 8. part. 1. & ibi Greg. Lopez alios referunt: & na tenet, & latius probat Salas sup. n. 22. Vnum tamen est omnino certum, in quo ferè omnes conueniunt. Sacerdotem violentem castitatem satisfaciebat, si dicat se ordine facto esse insignitum, quia idem votum repetitur in omnibus ordinibus, aductus quos peccat.

12 Sexto infero, religiosum transgredientem praeceptum superioris intendens sub mortali obligare, duplice culpam committere, necessario in confessione manifestandam: alteram aduersus illam virtutem, in qua res praecepta est constituta; alteram aduersus obedienciam votum. Quod ut recte intelligatur supposeadum est superiorum praeceptem constitutum rem praeceptum in ea virtute, ex cuius amore mouetur praeceptum imponere, seu quam intendit, ut subdit executionem rei praeceptum consequatur. Hæc autem virtus aliquando est eadem cum ea, quam ipsa res praecepta iure ipso naturali resipiciunt, ut contingit, cum furtum, & homicidium prohibetur, ne sit alieni iniustitia, & tunc non constituit praeceptum superioris distinctum peccatum: aliquando est distincta, ut cum furtum rei facta prohibetur ob speciem loci facti reuerentiam, & tunc iam diximus peccatum constituite speciale contra virtutem religionis, aliquando vero res mandat, quæ iure naturali mandata non erat: ut ieiunare, audire Missam; aliquando prohibentur quæ iure ipso prohibita non erant; videlicet ne religiosi domo egrediatur, ne inter se loquatur, nesciis in alterius cubiculum ingrediatur; in quibus præceptis attendendus est finis immediatus legislatoris, & dicendum rem præceptum in ea virtute esse, in qua fuerit finis immediatus, siquidem ad illam consequendum, ut medium assimilari. Hoc superposito probo manifestè religiosum transgredientem superioris præceptum p. cœre dupliciter. Primo aduersus illam virtutem, in qua est præceptum. Secundo aduersus votum: nam cum superior habeat hanc vim constituidi rem præceptum in aliqua virtute, ac si iure naturali ab ipsa virtute effet mandata, violans tamen præceptum, violat ipsam virtutem: ex alia etiam parte religiosus habet votum obediendi superiorum in his, quæ sibi sub obediencia fuerint imperata. Ergo peccat aduersus huiusmodi votum, cum obedire renuit. Quocirca Franciscanus, qui femin. 6. Quadragesima non ieiunat, dupliciter peccat. Primo contra præceptum Ecclesiæ, & superiorum per regulam id sibi præcipiunt. Secundo ratione voti obediendi, quod ad obseruantiam regulæ obligantis sub mortali se adstrinxit: & ita tenet Vasquez 1. 2. disp. 98. cap. 3. num. 7. & 9. Azor 1. lib. 4. cap. 1. quast. 6. Salas alios referens doctrin. 13. disp. 3. sect. 2. num. 6. & 17. Non tamen ex hac infirmitate religiosum omittit item hotas canonicas ab Ecclesia præcepit, & Missam di Dominica, & alia, quæ communiter aliis à religiosis sunt imperata, peccare aduersus votum obediencie, quia ratione illius votum obediendi tenerunt in his, quæ sibi, ut religiosi, fuerint imperata, ut bene notavit Thomas Sanchez lib. 6. in Declar. cap. 1. n. 9.

13 Septimo infero scholasticum omittemus præceptum sibi imponit in virtute prædicti iuramentum: si res aliqui sibi erat præcepta, peccat dupliciter, & contra iuramentum, & contra virtutem, in qua etiam res præcepta, sic Azor, & Salas supra. Dixi, si res aliqui sibi erat præcepta: nam si præceptum sub virtute prædicti iuramenti res non sibi aliqui præcepta: ex illo enim contra iuramentum delinqueret, eo quod videlicet superior nullum illi obligacionem imponere, eti posset. Quando tamen aliquis vere superior non est, quia non habet vim obligandi aliunde, nisi ex voto: tunc certum est violentiam rem sibi imperatam à superiori aliqui non præceptam, solum peccare contra votum, ut contingit in facultati voluntate obediendi suo confessario in omnibus, quæ iudicauerit. Tunc

spirituali faluti maximè contineant, ita Salas disp. 3. sect. 2. n. 16. Vasquez disp. 98. cap. 3. num. 7.

14 Infirmiter octauo, te non teneri declarare in confessione omnia illa, quæ causa fuerint peccati omissionis, v.g. Misericordia, si nullam aliam malitiam in te habent, prater eam, quam contrahuit ex omissione, quia declarata omissione, declarata integrum illorum malitiam: quia propter non teneris dicere ob voluntatem studendi, ludendi, &c. Missam relinquisse, si dicas te Missam omitted, cum audire deberes. At si ob fornitionem, vel furum reliquisti lacrum, teneris id declarare, ut constat, sic Sayrus lib. 2. in clavis regia, cap. 6. n. 10. Valent. 4. p. 4. fine. 27. Azor 1. lib. 4. cap. 3. 27.

An vero ludus, vel studium, qui causa fuit omissionis, die debet commissionis peccatum, vel omissionis? res est parum momenti: ex illo peccatum esse commissionis, licet sit contra præceptum affirmatum, quia non est contra illud directe, sed indirecte, quodlibet enim præceptum affirmatum habet adjunctione negativum, prohibens omnina illa, quatenus impedit præcepti affirmatum executionem.

15 Infirmiter nonno, quid dicendum de illo, qui in plures sanctos blasphemat, vel alicui familiæ maledicit, committitne tot peccata, quorū sunt sancti, vel tot peccata, quorū sunt persona in familiâ? Videatur id affirmandum, quia si omnes illi sanctos specialiter malediceret, & omnes illius familiæ de facto occideret, exiām vnu impetu faceret, tot inimici, & homicidia committeret, quorū esset persona maledicta, & occisa. Ergo etiam in voluntate maledicendi, & occidiendi, tot debent esse peccata, quorū sunt persona. Item si aliqua persona ex illa familiâ esset Clericus, habebet malitiam sacrilegij illi actus. Ergo quilibet persona secundum terribilitatem suam malitiam: sic affirmat Azor 1. 1. infis. mor. lib. 4. cap. 4. q. 3. & 5. Salas 1. 2. q. 7. 3. tract. 13. disp. 5. sect. 6. n. 6. fine. Vicent Navarr. cap. 6. n. 18. in noua edit. Luddm. vñs. inferior quādri, contrarium defendit, eo quod in iure tota una familia, vna persona reputatur, l. 1. ff. si familia furum fecisse dicatur, idemque tradit Bonacina disp. 2. de per. q. 4. p. 2. n. 1.

Dicendum tamen est, voluntatem occidiendi totam viam familiam sumptum per modum vnius, vocum esse formaliter peccatum: at virtus multiplex esse, iuxta multipliciter peccatorum, qui appetunt occidi. Quod si vnu peccatum formale, probat ratio Navarr., & quia vnu est individualis actus: alia qui vellet homines infinitos occidere, malitias infinitas formaliter habet? Quod vero sit in virtute multiplex, inde probatur, quia habet in voluntate formaliter plures occisiones, atque adeo est voluntas plura peccata committendi. Ergo saltem in virtute illa voluntas plura peccata continet. Adde qui intendit familiam occidere, non satisfaci confessione, si dicat habuisse voluntatem homicidij, quia non est voluntas vnuis homicidij, sed plurium, sicut non satisfaci confessione, qui diceret habuisse voluntatem forniciandi, si habuit voluntatem forniciandi cum omnibus, qui in vna domo residabant. Ergo significat illam voluntatem in se eti multiplex. Quocirca Bonacina, qui tenet vnu esse peccatum, vñcām malitiam habere, nihilominus affiat in confessione exprimentem esse obiectum huius peccati, quod nescio an sit sequentia dictum, cum solum numerum, & specimen tenetur quis confiteri, cui obligatio satisfacie videatur, si dicat habuisse semel voluntatem homicidij, si in illa voluntate non est nisi vna numero malitia. At illa si obiectum peccati declarare debebat, solum quia pertinet ad confessionem, huius numeri peccati, etiam tenetur declarare, si voluit occidere Ioannem portum, quanum Franciscum. Itē si furtum fuit pecunia, vel suppellebitis, si intemperantia fuit in cibo, aut poro, cum omnia haec ad constitendum peccatum concurrant. Item tenetur declarare intentionem, & durationem huius peccati, quia ipsum peccatum constituit. Neque est simile de voluntate furandi omnes libros alicuius bibliothecæ, vel destruendi aliquam domum, hic enim actus formaliter, & in virtute vnu est, quia solum vincum furum, vñcām destrucionem cauitat; at voluntas occidiendi familiam, continet, & causat plures occisiones, quatum quilibet est peccatum distinctum.

16 Infirmiter decimo quid dicendum de illo, qui eodem die festo proponit sibi non audiit Missam, & de facto non audit, an peccat vnu, vel pluribus peccatis, quorū sunt voluntates omittendi.

Negare tenetur omnes illi qui dicunt peccata, quæ operæ exterio consummatur, rite tantum multiplicari, quando voluntas peccandi, quæ fuit intentio per contactum actum, multiplicatur: nam si per contrarium actum non fuit intentio, concessit semper mortalitatem manere, & consequenter hæc physice repeatur, non constitutus diversum peccatum necessariò in confessione manifestandum: tenet exp̄lē Caietan. t. m. 1. opuscul. 3. 1. & 17. refut. m. 1. dub. 2. Navarr. cap. 6. n. 6. & 17. Graffis lib. 1. cap. 2. num. 14. & seqq. & alii, quos sequuntur Salas tract. 13. disp. 5. sect. 8. num. 8. adhibita hæc limitatione, nisi inter ipsos actus voluntariais multum temporis intercedat: que

quae limitatio in praesenti caso non potest habere locum. Ratio huius est, quia voluntas non tractata semper censetur moraliter manere. Ergo cum alia simius superadditur, eadem est moraliter cum illa. Deinde cum una voluntas ab alia non malum dicitur, moraliter loquendo, continuari censetur, pricipue cum utraque ad idem obiectum tendant, & eundem effectum causet. Praterea, qui vult occidere inimicum, & ex hac voluntate parat arma, & ex alia iter arripit ad occasionem illae voluntates ne inter se viuantur, ut constat, neque viatur mediis, sed ad summum viuantur in eff. At hanc autem viacionem in eff. At etiam habent illae voluntates omittendi Missam. Ergo non unum peccatum, & non plura.

17 Dicendum existimat, si ex voluntate aliquius operis incompossibilis cum praecipitate Missa omittenda, unum peccatum censiter committere, quantumcumque tenues voluntates, quia omnes illae in illo opere rasciatur & sunt medio illo causa impeditores praecipi adimpleptionis: neque in hoc est major difficultas, quam in voluntate occidendi Peccatum ex cuius voluntate plura, media apponit. At si propossum habens omittendi Missam, neque ex illo proposito apponit medium aliquod incompossibile, sed ibi sitas, & post factam tenues idem propositum, & postea adjuventem tempore viginti praecipi tandem tenues voluntatem, eosceo tenuiplex peccatum commisit; quia omnes illae tres voluntates non habent in quo sicut voluntas; non enim sunt unum inter se, cum non sinte viariantur, neque in aliquo effectu producunt, cum nihil producant, neque in omniione Missa, quia omisso audiendi Missam non incipit nisi ab eo tempore, in quo Missa audiuntur non potest. Ergo necessario illae voluntates debent reputari multiplex peccatum. Confirmo. Si voluntatem habentes crastina die Petrum occidendi, neque ex hac voluntate medium aliquod apponentes, sed eisdem voluntates plus reperentes, quoque crastinus dies accederet, in quo & apollito medie, & occiso simul iunguntur omnes illae voluntates antecedentes, & reperiuntur iuxta collam sententiam peccata felonum qui non habent in quo viuantur; non inter se, neque in aliquo effectu, cum nullus sit, quando ipse sunt, sed similiter voluntates reperiuntur toto manè non audiendi Missam hora 12, non habent in quo viuantur & vnum sunt. Ergo etiam debent censeri distincta: & ita tener Valquez 12. disp. 75, cap. 3. fine num. 16.

18 Ad rationem dubitandi respondeo voluntatem non restringam manere moraliter habitualiter, sed non actualiter, & in ictu, id est confutari voluntas de novo aduenientis densius numero actuali peccatum: neque in hoc attendi debet distincia, vel propinquitas temporis inter vnam, & aliarn voluntatem; sed ad illas voluntates causa sunt aliquies effectus communis, & contingit in casu de inimico occidendo: tunc enim media, quia apponit inter se viuentem ad consequentiam suis intenti, sicut viuantur lapides & ligna collecta ad adficationem domus ab quam viacionem mortalem & accidentalem colligit lapidum, & lignorum, etiam phylax multiplex sit, moraliter ramen vna censetur, quia ad vnum finem organatur, & ab eadem voluntate adificandi provenit.

## PUNCTVM IV.

Vnde gravitas, & malitia peccati defumenda sit.

- 1 Peccata esse in gravitate in aquaria.
- 2 Ex variis capitibus desumitur gravitas peccati.
- 3 Peccatum inferioris speciei superare potest aliud peccatum gravius ex obiecto.

**B**reueri me ab hac difficultate expediem, omisissi variis ascendi modis. De fide enim certum est non ornatia peccata aquaria esse in gravitate, sed vnum peccatum alio gravius esse constat ex Gen. 13. vbi Sodomita pestini indicantur, peccatores coram domino nimis, & Gen. 13. 7. loeph, ac exiliis fratres de crimine pestini. & clarus Christus Dominus Iosannis 19. dixit Pilato, qui me tradidit ibi, manus peccatum habet. Ergo peccata aquaria esse non possunt. Ratio est manifesta, qui licet omnia peccata in eo conueniant, vt sint contra rationem: at ipsam rationem naturalem gravius offendit vnum peccatum, quam aliud gravius enim offendit beatitatis, quam simpliciter formatio; & simplex fornicatio diu defiderat, quam casu contingens. Deinde quia omnes essent que puniendi, quod est contra illud Deuteronom. 25. pro mensura deliti, erit & placarum modus; & March. 10, & 11. terra Sodomorum remissus erit in die indicti & Lyc. 20. hi accipiens damnationem maigrem. Neque obstat rectitudinem non sufficiere magis, & minus vna dicamus peccata, quae videntur priuare rectitudinem, non sufficiere magis, & minus quia non priuare rectitudinem priuare, sed penitire, & in formis posuisse, datore locis, isaequalitatibus huc enim frigus priuare subiectum.

epere magis & minus, item licet rectitudine aliquius linea in inducibili constitut ab hac rectitudine magis, & minus si nea recedere potest de quo late Valquez 1. 2. disp. 99. & Salas tral. 13. disp. 5. sec. 1. Azot. tom. 1. lib. 4. cap. 9.

2 Praecipue peccata gravitas, & malitia sumuntur ex obiecto directo, quia inde sumus speciem: tradit D. Thomas. 2. q. 73. art. 3. Secundò ex circumstantiis, Tertio ex continuatione, & duacione, Quartò ex intentione. Explico in homicidio facto in loco sacro, cuius prima gravitas sumuntur ex iniuria facta; Secunda ex circumstantia facti, Tertia ex continuatione voluntatis. Quarta ex eius intentione.

3 Contingit autem saepe grauitatem malitiam peccati esse ex circumstantia, quam ex obiecto, ut si quis cognoscet fermam religiosam, vel nocturnam gravius ex circumstantia quam ex obiecto peccaret.

Dificultas autem est, an peccatum ex obiecto minus grave, possit ratione intentionis, vel durationis, vel extensionis obiectum & fieri gravius, alio gravior ex obiecto & quia nunquam videtur species inferioris superiori vincere posse. At tenendum est tanguum omnino certum peccatum inferioris speciei superare posse aliud peccatum gravius ex obiecto, quidem si cum peccatis venialibus superioris speciei fiat comparatio, res est indubitate: quia cum negabit futurum pollutionem, & dulterium superaret irumentum otiosum, vel falsum non plene deliberatum. Ex quo non leue argumentum sumitur ad probandum aliquod peccatum mortale inferioris speciei superare posse aliud de superiori specie. Exemplis tamen manifestatur. Detractione & contumelia ex obiecto, & speciei leviora peccata sunt homicidio: at si quis vnam nobilium & illustrem familiam de productione, vel habet diffamatur, sine dubio gravius peccaret, quam si vnum ex infima plebe occidet. Ergo. Item si quis di apud atrium publicum reipublice maxime necessarium, gravius peccaret, quam omittendo Missam vel occidendo plebeum. Ratio est, quia cum quolibet peccatum habeat gravitatem limitatam; & horum absolute potest aliud peccatum levioris ipsae ita multiplicari, & intendi, ut eius gravitatem adaequare, sicuti contingit in argento, quod licet secundum materiam suam inferius sit aucto, at in estimatione, & valoro eius quantitatem cresceret. & superare aurum potest. Neque est inconveniens, quod individuum aliquius speciei inferioris, supererit individuum aliorum specierum, cum enim ratione incorrigibilitatis & aliam qua sit utrumque sibi sive propriam superaret in pefectione plena vicentia sublunaria: & ita tenet, & late probat Savitus lib. 5. cap. 4. num. 9. Azot. tom. 1. lib. 4. q. 4. fin. Salas. tom. 3. m. 3. p. disp. 66. sec. 2. Salas 9. 73. tral. 13. disp. 5. sec. 1. n. 14. Heret. m. 2. d. sp. 32. q. 3. & videtur clare esse sententia Augustini relata in capitulo 6. q. 1. vbi inter ignorantem hereticum & scientem avarum, & inter hereticum bene moraliter viuentem, & Catholicum sceleribus plenius, non audet forte sententiam quis gravius delinqveret. Supponit ergo Augustinus peccatum minus grave ex successione ita aggravari posse ex multiplicatione, ut viuere possit peccatum gravius ex suo obiecto.

## PUNCTVM V.

Quos effectus peccatum actuale habeat

- 1 Diminuit inclinationem nativam ad virtutem.
- 2 Privat gratia, & virtutibus infinitis.
- 3 Destinat peccatores ad penam eternam.
- 4 Augurit effectum peccati ventialis esse penam eternam.
- 5 Defendit non esse proprium effectum peccati ventialis.
- 6 Quomodo vnum peccatum sit effectus, seu pena alterius peccati.
- 7 Nota, & infamia peccatoris effectus est peccati

1 D his agit D. Thomas 1. 2. à quæst. 85. vñque ad 88. & late Valent. Salas, & Valquez ibi, exponam præcipuos ea breviter, quia in omnibus studio.

2 Primus eff. hys peccati est diminuere inclinationem nativam ad virtutem ut D. Thom. quæst. 85. art. 2. Caicton, Conrad Zumei, ibi Valquez. d. p. 13. 2. Salas disp. 13. sec. 2. Azot. tom. 1. lib. 4. c. 2. Quod ut recte intelligatur, adiectendum est, inclinationem nativam ad virtutem ab ipsam potentia voluntatis non distinguiri, quare cum in se ipsa substantialiter voluntas non immutatur, efficietur nullo peccato incrementus eius inclinationem diminuere posse: verum quia voluntas non ita inclinatur ad virtutem, quin lib. re possum virtutem amplecti: sit multiplicato virtio multiplicata habitus & qualitatem ad virtutem inclinante: ac proinde inclinantem voluntatem, ut virtutem relinquat, & virtutem amplectatur: & haec ratione dicitur diminuiri per peccatum inclinationem ad virtutem extrinsecum quidem & accidentaliter, quia quo magis voluntas in virtutem inclinatur, eo magis a sequenda virtute impeditur. Non quanam tamen ita impeditur quin voluntas libera maneat, & potens sit virtutem sequi, & nativam suam inclinationem operi

complete, ut dixit Trident. scilicet 6. cap. 5. Ratio est manifesta, quia cum omnes, hac dimidio fit per habitus virtutiosos inclinantes ad virtutem oportunitatem. & omnes habitus non necessitatem voluntatem, sed potius illi subdantur, nonquam potest ita inclinatio ad virtutem dominum, ut huiusmodi, tamen enim intrinseca, & libertas potestas ad virtutem, ac proinde natura inclinatio substantialis integrata manet.

2 Secundus effectus peccati mortalis est priuare hominem gratia, & virtutibus infusis, cum enim peccatum constitutus hominem Deo inimicum, & inimicum, necessitatem debet excludere ab illo gratiam, quia amicus reddebat.

3 Tertius effectus peccati mortalis est destinatio ad peccatum, quam necessitatis omnes peccatores decedentes in mortali subiungunt, iuxta illud, ut maledicti in ignem aeternum Matth. 25. Marc. 3. & 8. & 2. ad Thessalon. 1. & 1. Corinth. 6. & in aliis locis, ubi paulini scriptura aeternitate in peccato peccatoribus communatur, solum autem est difficultas in reddenda ratione, quomodo haec pena aeterna propriezata sit calpa, in de leuior, quam culpa ipsa metetur, cum res prout sit ab omnibus Th.ologis cum Mag. 4. 6. & ibi D. Thomas 9. 2. art. 2. q. 2. ad 1. & 1. p. q. 21. art. 4. ad 1. Deum punire circa condignum, & difficultas in eo sita est. Nam peccatum mortale non habet grauitatem infinitam, quia neque illam habere potest, ex Dei infinitate, aduersus quam peccatur; neque ex vilitate personae peccandi, quia haec omnia extinxerat sunt, ideoque non possunt responderi in actu infinitatem alias quodlibet peccatum veniale habere infinitam grauitatem, & aeternitatem penae metetur, item quodlibet mortale continet etiam aeternitatem omnium mortali, neque vauum mortale esse grauius alio, & equaliter pro uno, ac pro multis debet peccator puniri, quod est absurdum. Quod ergo est ratio, quare peccatum finitum in grauitate puniatur circa condignum penam aeternam? Plures rationes ad hanc veritatem confirmandam adducuntur a D. Gregor. 4. dialog. c. 44. D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 3. 4. & 5. & ibi Valq. Salas Zumel, Valent. Sayl. lib. 2. c. 13. n. 8. Anton. Perez in sua laur. certam. 9. & 10. n. 36. Et tamen simili videatur efficiens quia pena, quae in intentione est finita, & solum in duratione non habet finem, absolute finita est, & secundum quid finita, sicut Angelus, & anima rationalis finita entia sunt etiam finita, non sine habitu; sed quodlibet peccatum mortale, est simpliciter finitum sit aliquam tamen habet infinitatem, eo quod sit contra Deum infinitum. Ergo pena in duratione aeterna non excidit eius meritum.

4 Sed inquires an pena aeterna sit etiam effectus peccati venialis.

Et videtur quod sic. Nam decedentes cum mortali & veniali, non solum ratione mortali, sed etiam ratione veniali, perpetuo puniuntur: nam cum semper in illo perseverent efficiunt, semper ob illud debere puniri: ideo enim D. Thom. Valquez. Zumel. Salas, & alii super reliis affirmant penam inferni aeternam esse, quia aeternum futurum est peccatum, ob quod infinitus est ledit veniale peccatum in damnatis etiam erit aeternum. Ergo etiam pena illi correspondet aeterna debet esse.

5 Dicendum tamen est, penam aeternam non esse effectum proprium peccati venialis, quia peccatum veniale de se ille non intercedit solum intercedit temporariam. Conclusio est omnium catholicorum: decedentes namque in gratia cum peccato aliquo veniali non remissi non puniuntur aeternaliter, sed aliquo tempore in purgatorio, & postea glorijs consequuntur, alias peccatum veniale gloriae consequentialiter in aeternum impedit, quod est contra fidem. Si vero peccatum veniale in damnatis existat, etiam ex se penam aeternam non mereatur, punitur tamen aeternaliter, est communior, & probabilior sententia, quam latè defendit cum D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 5. ad 2. & 3. Valq. disp. 141. Valent. disp. 6. quest. 17. p. 4. Salas plures refecos tradi. 13. disp. 15. sect. 11. n. 70. & 73. Azor. tom.

1. lib. 4. cap. 10. q. 1. Suarez. 3. p. tom. 4. disp. 11. sect. 2. n. 11. & seqq. Probo efficaciter primo, quia illa pena, quam damnati in inferno sustinent, estis de se esse insufficientem extinguere debitum peccati venialis, si voluntarie acceptaretur quia non solum iniurie, sed etiam impatiens & blasphemus sustinetur, non videtur illo modo sufficiens extinguere debitum peccati. Ergo post unam penam toleraram potest Deus aliam, & aliam indiget. Secundum illius penam toleratio non poterat culpam, & debitum illius extinguere, quia à Deo acceptaretur & acceptaretur ex meritis Christi quia nullum peccatum hominibus remittitur nisi ex Christi meritis, ut traditur in Trident. off. 15. cap. 8. & docuit suarum. 4. in 3. disp. 11. sect. 2. num. 7. Azor. tom. 1. lib. 4. cap. 10. q. 3. sed merita Christi iam non operantur in damnatis, sunt enim membra absenta à Christo in perpetuum. Quarto de damnatis dicitur, ubi occiditur lignum, ibi manebit, hoc est manebunt in eadem pena in quam occiderant. Ergo non possunt pro peccato veniali satis pati. Quinto quia peccatum veniale aliquo modo habet infinitatem; cum sit contra Deum. Ergo saltem pro aliquo statu meretur penam aliquo modo infinitam, qui status non potest esse alius, nisi quando cum mortali coniunctus esset.

6 Quartus effectus seu pena peccati solet enumerari aliud peccatum; & quidem secundum quod peccatum est neque esse penam, quia non habet a Deo, neque appeti a beo potest: non enim appetere potest tibi fieri offendere & injuriare, neque rationabiliter procedet, si veller inveniam habet factam alia iniuria vindicante. Peccata autem ut tradit August. de lib. arbvi. cap. 1. est à Deo, & placere ei aliquo modo potest, siquidem procedit ab illo, ut à supremo iudice iniuriam factam vindicante. Peccatum autem secundum quod est permisum, hoc est, permissionem ipsam peccari posse: & lepe esse ponam peccati negati non potest, cum id confer ex variis locis scriptura, praincipue ex Paulo ad Rom. 1. 3. n. 2. Proper quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditudine. &c. id est permisum illos sua desideria defuerit, de negando auxilia specialia quam negatione potest Deus velle cum nihil in ea malum sit. Vide D. Thom. 1. 4. 87. art. 2. Caetan. Medin. ibi Valq. disp. 12. 9. & disp. 140. Salas tract. 1. 3. disp. 15. sect. 2. Valent. disp. 6. quasi 17. punct. 3. Bonacina disp. 2. de peccato quasi 7. punct. 2. Neque obstat aduersus hanc doctrinam Augustin. 1. confess. cap. 12. vbi dicit. Infristi Domine. & sic est, ut omnis inordinatus animus sibi ipsi pena sit, quia August. loquitur cautele non formaliter, quia non est formaliter pena querens est inordinatus, sed ratione tristitia, damni, infamiae & aliorum effectuum, quos inordinatio causavit.

7 Quintus effectus peccati est nota & infamia peccatoris sed hic effectus non sequitur quocunque peccatum, sed peccatum publicum illo tamen semel posito, semper presumitur durare ex text. in cap. semel malus de regul. in lib. 6. & tradit August. in cap. nonnulli. 46. dist. proper quod dicit Vipian. in lib. 1. si cui §. idem si de cauila, quod ille qui semel est calumnians in futurum calumnians presumitur, & semel peritius, in futurum peccatorum quod à iuramento praestando repellitur cap. parvuli. 22. q. 15. & litteras de presumpt. & alii multis exemplis probat Menoch. de presumpt. lib. 5. presumpt. 32. & Mafcard. de presumptionib. concil. 1006. n. 3. 4. Purgari tamen censetur huiusmodi nota & infamia ex facto proueniens, si per triennium ab illo delicto perpetuando abstineas, praincipue si occasione committendi illud tibi fuerint oblati, ut tradit Albertus, in 1. omnimodo num. 3. C. de inoff. testam. & probat text. in §. hanc autem nobis certe, nam erit vitium, in Authent. de monach. Imo ad eadum existimo cum Menoch. n. 32. per penitentiam sacramentalem omnino tolli infamiam, & notam & presumpcionem simile delictum committendi, quia & tollitur peccatum quod infamiam causabat, & retractatur voluntas, ex qua presumptio oriebatur.

## TRACTATUS